POEMATVM LAMBERTI LVDOLFI PITHOPOEI, DAVENTRIENSIS, LIBER QVINCTVS, QVI EST SILVARVM ſecundus:

ad

HIPPOLYTVM à COLLIBVS, IVRIS Conſultum & in Academia Eitelbergenſi Anteceſſorem.



B D

SPIRÆ NEMETVM.

TYPIS BERNARDI ALBINI, ANNO 1588.

LAMBERTVS PITHOPOEVS MEO HIPPOLYTO A COLLIBVS SALVtem dico.

HIPPOLYTE *excelſos referēs cognomine colles,*
Ingenio ſtirpis lumen & arte tuæ,
Iampridem quarto comprenſa poemata libro,
Tenue licet, noſtri pignus amoris habet
BORCKIVS *ingenio iuuenis virtuteq; præſtās,*
Et patriæ, & ſtirpis fama decuſq; ſuæ.
Accipe tu quincto comprenſa poëmata libro,
Hæcq; tibi noſtri pignus amoris habe.


EITELBERGAE, poſtridie eidus Iunias, anno CIƆ. IƆ. XIVC.

IN EFFIGIEM FRIDERICI III. PII. COMITIS PALATINI AD Renum, Ducis Bauariæ, S. R. Imperij VII. viri Electoris, benigniſſimi Eccleſiæ Dei nutricij, & fortiſſimi ac conſtantiſſimi ſinceræ religionis Chriſtianæ defenſoris.

PArua tuos nobis, Friderice, tabellula vultus
Exprimit, at toto nomen in orbe viget.
Expeteris, coleris, laudaris, amare, Ducemq́
Exoptant ſimilem curia, templa, ſchola,
Sed fruſtra, non hoc ingrati crimina mundi,
Et ſpretus veræ relligionis honos,
Nec contemta tuæ meruit conſtantia mentis,
Et quod in inuicto pectore robur erat.
Præſentisq́ tuî multis deriſa ſuperbè
Cura Dei, & ſimplex cum bonitate fides.
Spernit enim incolumẽ virtutẽ vulgus & odit,
Sublatam ex oculis inuida corda probant.
Ergo tuî deſiderium, Friderice, manebit,
Sidera dum cælum, gramen habebit ager,
His, quibus eſt veræ ſtudium pietatis, & omnes
Sincera cupiunt mente cauere dolos.
Quinetiam, ruptis naturæ legibus, abſint
Sidera ſi cælo, gramen & arbor humo,
Fractus & in noſtrum caput illabatur vt orbis,
Inq́ nouum redeant pontus & aſtra chaos;

Vis

HERR NACH



DEINEM WILLEN.

Vis inuicta tamen veri, laudesq; perennes
In terris viuent, Diue Fridrice, tua,
Quodq; Palatina primus ditione tueri,
Occiduas Reni quà Nicer auget aquas,
Auſus es, atq; illinc animis & pectore firmo
Spargere, totius quà patet orbis iter,
Dogma ſuo Dominus cur & quæ ſymbola verbo
Addiderit, quo ſint hæc capienda modo,
Et quæ Teutonicæ, duce te, teq; auſpice genti,
Triſtibus ex tenebris lux patefacta nitet,
Pura, antiqua fides, pietas, ſinceraq; Chriſti
Religio, humano non vitiata luto,
Cuius in egregio non vllus corpore næuus,
Et non vlla vſquam ruga ſenilis erat.
Illa, inquam, ſolidis verbi ſubnixa columnis
Diuini, humana nil rationis egens,
Præſidio firmata Dei, dextraq; potente.
Sumtibus & ſtudio. Diue Fridrice, tuo
Sparſa per innumeras felici ſidere gentes,
Quæ mundi vaſto cunq; ſub axe colunt,
Palmæ inſtar florebit ouans, immotaq; fructus
Optatos ſeclis, & ſine fine dabit.
Nec licet hāc contra Satanas cōſpiret, & omnis
Heu nimium Latio dedita turba choro,
Cūq; Fabro Figulus, cum arguto pectine Textor,
Et placidæ funem Nectere doctus aui.

Gnarus

Gnarus & alitibus lapidoſa obtrudere Cornæ,
Dum bona ſe miſeræ prendere grana putant,
Illinere & laqueo fallacem Muribus eſcam
Callidus, vt lardi pinguia fruſta petant,
Quidquam proficiet. viget æternúmq; vigebit,
Non niſi quod Chriſti numine ſurgit opus.
Vtque ſuâ tandem fruſtrati ſpeq; doliśq;,
Exſulium flammas flumina, vincla crepēt;
Dum fragili ſæuum quærent illidere dentem,
Offendent ſolido, victaq; turba ruet.
Inuidia infelix, Satana frendente, retectis
Fraudibus, & mœſtas dilaniata comas
Adſpiciet toto verum ſplendeſcere mundo,
Et cupiet facti pœnituiſſe ſui.
Sed cupiet ſerò. ſiquidem iuſtiſſima lex eſt,
Artifices fraudum fraude perire ſua.
Sic erit: & ſtabunt ſummi decreta parentis,
Pro lege & ſanxit quæ grege cunq; ſuo,
Ipſe tuum cor edas, Satana ſcelerate, cruentis
Vnguibus & rumpas ilia, Fabre, licet.
At nos hāc quoties pictos in imagine vultus
Adſpicimus memores, Diue Fridrice tuos,
Supplicibus dextris lacrymiśq; fluctibus omnes
Offerimus ſummo vota preceſq; Deo,
Gratuita noſtrî bonitate miſertus vt orbi
Vſque duces ſimiles det, Friderice, tuî.

MEMORIAE ET HONORI PRINCIPIS OPTIMI ET SANctiſſimi
flens ſcribeb. eidib. Martiis anni à nato Chriſto M. D. LXXVII.

EPITAPHIVM EIVSDEM.

HIc Friderice iaces Elector Tertie; nôrunt
Cetera cum Reno Tibris, Iberus, Arar.

Obiit placidiſſimè in Domino, Eitelbergæ, 7. Kalend. Nouembr. circa 4. pomeridianam, anno Chriſti 1576. ætatis 62. Electoriæ dignitatis 18.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET GENEROSISSIMÆ INDOlis, maximæque & optimæ ſpei puero FRIDERICO, Comiti Palatino ad Renum, Duci Bauariæ &c: LVDOVICI VII. Electoris Palatini filio vnico, FRIDERICI III. PII, Electoris Palatini, nepoti Illuſtriſſimi Principis IOHANNIS CASIMIRI, Comitis Palatini ad Renum, Ducis Bauariæ &c. Tutoris, & Electorij Palatinatus Adminiſtratoris pupillo, Electorijque Palatinatus heredi, Domino meo clementiſſimo S.D.

NOmen aui referens, Princeps Friderice, paterni,
(Qui magno claros nomine vincit auos,
Et gentilitiis inſignibus addidit enſem
Quæq; eſt Imperij cum cruce Sphera decus,

Et La-

Et Latiȷ extirpans mendacia vimq; Tyranni,
Nequiter incautas decipientis oues,
Præcipuè numen fictum, idolumq; Maozim,
Auſoniȷ culmen præſidiumq; Dei,
Quod venerãs vulgi præceps dementia, clauſum
Pollinis in tenui, prò pudor, orbe putat,
Aſſeruit meritos Chriſtoque ſacrauit honores,
Templa ſcholasq; iubens vera docere ſuas)
Magna Palatinæ ſpes & noua gloria ſtirpis,
ET SIMMERRAEAE tertia palma domus,
Magnorum pace & bello ſate ſanguine regum,
Ingenui vultus ingeniȷq; puer,
Hæc tibi quæ vatis cultiſsima metra Faerni,
Metra Venuſsinis æquiparanda metris,
Rebus plena bonis, verbisque polita diſertis
Offero, clementi fronte manuque cape,
Et memor edoctis vſu parere magiſtris,
Ter. quater, attentè lecta, relecta lege,
Parua quidẽ, fateor, ſunt hæc tamẽ optime Prin
Erga te ſtudiȷ pignora certa mei. (ceps,
Phryx licet AEſopus tenerum puerilibus annis
Ingenium potis eſt erudiiſſe tuum,
Et Sophiam præter, morum præcepta bonorum
In variis vitæ caſibus apta dare.
Ludicra ſubtilis ſunt hæc figmenta cerebri;
Aſt eadem menti ludicra grata bonæ,

Fortiùs ac meliùs magnas quæ ſæpe ſecant res,
Seria quàm grandi & dicta ſeuera ſono.
Nocturna, hac præter, verſareq; ſueſce diurna,
Scripta Dei iuſſu Biblia ſacra, manu.
Inde petens lapſum & generis primordia noſtri,
Σωτῆρ' *in Chriſto diſcito noſſe Deum.*
His prima hiſtorias iungens ab origine mundi
Diſcito magnorum fortia facta ducum,
Et tua cumprimùm matura adoleuerit ætas,
Virtute eximios vincere diſce duces.
Noſſe Deũ, decus eſt & magni maxima virtus
Principis, at poſt hanc proxima, noſſe ſuos.
Vt talis ſemper ſis &, Friderice, voceris,
Diſcito noſſe Deum, diſcito noſſe tuos.
Sit Fridericus auus vera pietatis imago,
Sit tibi, macte animi, ſit generoſe puer,
Et patris exemplo Ludouici, templa ſcholaſque
Munifica promtus diſce fouere manu;
Magnanimus, clemẽs, cõſtans. ſincerus amãſq;
Vt tibi commiſſi ſis, Friderice, gregis,
Priſca tibi vt ſemper grauitas virtusq; ꝓbetur
(Vindicat hanc genti Teutonis ora ſua.)
Quottidie exẽplum præbet tibi patruus, ingẽs,
Patruus & belli clarus & arte togæ,
Maternũ referens qui nomine auumq; paternũ
Nunc æqua Reni lege tuetur aquas.

Cuſtode

Cuſtode hoc mores tutoreq; diſcere dignos
Principe, te, magno fata benigna ſinunt.
O te ter tali tutore quaterq; beatum.
Veriùs hunc verum dixeris eſſe patrem.
Virtutem ex tanto patruo, vei osq; labores,
Et patriæ curam diſce tenelle puer.
Virtuti à teneris multum eſt aſſueſcere veræ,
Et mentem ſtudijs excoluiſſe bonis.
Nunc igitur, nunc Dux generoſe, puertia floret
Dum tibi, dum pura eſt & tua teſta recens,
Maturè monitis mentem melioribus offer,
Adhibe nunc puro pectore verba puer.
Quo primũ imbuitur, ſemper noua ſeruat odorẽ
Teſtula, ſiue bonus, ſiue ſit ille malus,
Nec facilè eluitur, ſed in imis partibus hæret,
Quem ſemel hauſerunt vellera pura, color.
Viue, vale; ſeros lætum te ſeruet in annos,
Qui nutu terras & regit aſtra, Deus.
Sume etiam vultu, Princeps Generoſe, ſereno,
Quæ tibi deuoto pectore metra fero,
Parua quidem, ſed enim ſtudiis puerilibus apta.
Noſtra tibi melius nil dare Muſa poteſt.
Ipſi grata Deo eſt ſimplex pauperq; voluntas,
Nec pretium, ſed mens, munera grata facit.

IIX. Kalend. VII-breis, clↄ.ıↄ.xvc.

* * *

IN ORATIONEM I. DE ſtudio Poetices habitam in Academia Eitelbengenſi, eidibus Octobris, 1584.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, GENEROSISSIMÆQVE INDOLIS, & maximæ optimæque ſpei puero, FRIDERICO, Comiti Palatino ad Renum, Duci Bauariæ, LVDOVICI VII. Electoris Palatini filio, Domino meo clementiſſimo.

CVi dono genij breuis libellum,
Qui mea nimis exit officina
Feſtino pede, ſupprimendus annos
In nouem potiùs, monente Flacco?
En Fridrice tibi. tenella cuius
In veſtigia magna, creſcit ætas,
Auitæ benè laudis & paternæ,
Patrui ſtudio & labore IANI.
Tu meas etenim putare nugas
Soles eſſe aliquid, tuiq; ſæpe
Mihi ſigna fauoris edidiſti
Erga me liquida. hic referre cuncta
Quæ longum nimis & foret moleſtum.
Hæc ergo memori tenere mente,
Et meam, tenuem licet, viciſſim

Anniter

Annitar tibi ſedulus probare
Opellam reuerenter & modeſtè,
Et promtum ſtudium, tuamq; quamuis
Rudi carmine, ſtridulaq; auena,
AEtatem teneram, indolemq; celſam
Ad veræ decus incitare pergam
Virtutis, patrium beatus olim
Cum laude vt merita ſolum gubernes,
Tui nominis & celebritate,
Tuorumque ſalute ſubditorum,
Nec vnquam patiare, vt amplitudo
Et licentia te potentis aulæ,
Et regni. κολάκων *& improborum*
Fraudes. nequitiæ, & leues ſuſurri
Tranſuerſum rapiant, ſuisq; captum
Artibus retrahant bene inſtituto
A curſu pietatis, & ſcholarum
Muſarumq;, & amore iuſti & æqui.
At velut Siculi camœna vatis
Ciuem iure ſuum. vafrumq; vatem
Commendans Epicharmon, hoc celebrat
Ipſum buſti epigrammate elegante,
μικροῖς χρήσιμα πολλὰ παισίν εἶπεν:
Sic tu Dux Friderice, ſpes decusq;
Stirpis eximium tuæ, vereri,
Amare, & colere, & piè fouere,

Vt laudabiliter facis, deinceps
Perge omnes, teneri tui tabellam
Qui raſam ingenij ſtudent polire
Sanctis moribus, integraq; vita,
Artiumq; ſcientia bonarum,
Et virtutibus vſq;, quæ potentem
Et bonum deceant boniq; natum
Auis & proauis, parentibusq;
Principem, columen ſuis futurum
Quondam præſidiumq; dulce terris,
Et cura ſtudioq; qui fideli,
Vt ſagax Epicharmus ille fecit,
Dicunt χρήσιμα πολλὰ *& vſque ſcribunt*
Præclaræ puero ſpei indolisq;
Heroæ tibi, regiaq; ſtirpis, (NEM
In his GRVNRADIVM *magiſtrũ* OTHO-
Et mirum artificem tuæ regendæ
Aulæq;, & ſtudij, puertiaq;, GVM
Et LINGBLSHEMIVM *tibi* GEOR-
Bonis artibus additum excolendo
MICHAELVM, *ingenio valentem & arte,*
Doctrinaq; virum elegantiore,
Linguarumque peritia exterarum,
Qui legum Themidoſque Doctor audit:
Cari & prouida cura quos fidelis
Tutoris tibi patruique iunxit

Cuſtodes

Cuſtodes Ephoroſque diligentes
AEtati teneraq; lubricaq;,
Ad vera pietatis & bonarum
Amorem ſtudiumque litterarum,
Ad mores placidos, graues, benignos,
Lenes. magnanimo Duci decoros,
Ad caſtam, Friderice, ſobriamque
Dux, molli meditandam ab vngue vitam,
Formanda, veluti ſuum regendum
Quondam tradidit & docendum Achillem
Peleus Phillyridaq; Neſtoriq;,
Vt ῥητὴς *fieret* λογων, *&* ἔργων
πρηκτὴς *à teneris puertia annis.*
Hanc quoque exiguam, rudemque ſtrenam,
Rara pagina quem facit, libellum,
Noſtra quem generoſe, Muſa, Princeps
Fert tibi, placida vt ſolesq; lata
Mente atque accipe fronte, diſputantem
Scriptura tenui, ſtyloque leni,
De fonte & ſtudio Poëticæ artis:
Nam verè Siculus canit poëta,
Suum ciuem Epicharmon, & Poëtas
Bonos, Pieriys ſacros Deabus
μικρõις χρήσιμα πολλὰ παισιν ἐιπε͂ιν.
Sic ſeros hilarem & benigna ſeruet
Dei dextera te valentem in annos,

Florentem ingenijque corporisq;
Bonis omnigenis, decus perenne
Futurum patrij ſoliquè auiti.

Eitelbergæ, Kalend. Ianuariis inchoantibus à nato Chriſto cIↃ.IↃ. XXCVI. annum, quem Celſitudini Tuæ, totiq; Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianę precor optoque lætum, tranquillum, & felicem in Domino.

Problema ex Iobi hiſtoria, in gratiam Nobiliſſimi, doctiſſimi, & Optimi viri, Ottonis à Grūrade, & clariſſimi virtute doctrinaque Doct. Georgij Michaelis Lingelshemij, Iuriſconſulti, Aulę vitæque & ſtudiorum Illuſtriſſimi Principis Friderici, Comitis Palatini ad Renum, Ducis Bauarię, &c. Ephororū & Moderatorum, carmine explicatum.

SCripta ſacri nobis inſtinctu oracula flatus,
Biblia præcipuo quæ nomine ſacra vocamus,
Quid Pietas fidenſq; Deo patientia poſſit,
Nobile proponunt nobis exemplar Iobum.
Diuitiis etenim gnatisq; & nomine claro
Spectatum, veraq; nihil pietatis egentem,
Dilectumque Deo multis præ millibus vnum,
Præcipitem ſolio ſic deturbauit ab alto
Proſpera commutans aduerſis, gaudia luctu

Illa

Illa Dei miro mortalia cuncta tenore
Dextera nũc verſans huc, & nunc iugiter illuc,
Vt miſeros inter foret ille miſerrimus omnes,
Vnus qui reliquos inter præfulſerat omnes,
Regali nuper tecto conſpectus & oſtro,
Diues agro, diues thalamo, ſanique vigore
Corporis, atque ſuis dux & patronus amicis.
Trina camelorum latis palantia campis
Millia cui paullò paſcebant antè, boueſque
Milleni, atque ouium fœtarum millia ſeptem,
Et ſimul his aſinæ quingentæ pinguibus aruis,
Ædibus in magnis cui mũda & lauta ſupellex,
Cui modò erant ſeptem præſtanti corpore gnati,
Cui modò tres animo & p̄ſtantes corpore gnatæ,
Omnes florentes ætate & viribus omnes
Integris, ſolidumque fouentes corde vigorem,
Cui magno famuli numero, famulæq; valentes,
Vnius ad nutum Domini ſeruire parati,
Nobilior Solem versùs quo nullus Eoum,
Omnibus in terris, illo viuebat in æuo;
Hunc, non præcipuum propter nulliq; patratum
Criminis antè genus, ſed ꝙ ſanctiſsima ſummi
Et veneranda Dei nobisq; tremenda poteſtas,
Cuncta ſuo iuſtè moderans mortalia nutu,
Exercere ſuum tali certamine ſeruum,
Euentu optato atque animo decrêrat amico,

Totus vt exemplo miro cognoſceret orbis,
Quàm Pietas, quàm ſit fidei conſtantia veræ
Grata Deo, & duris victrix patientia rebus;
Hunc, inquã, hunc opibus tãtis & nuper honore
Conſpicuum tanto ante alios inſigniter omnes,
Supremo mandante Deo ſic luctus & ingens,
Tãbo deformatum artus, afflixit egeſtas,
Omnibus vt terris, quas Sol oriensq; cadenſque
Adſpicit, haud alius quiſquam infelicior eſſet.
Namq; boues, tardasq; aſinas, grãdeſq; camelos,
Quotquot erãt, magno graſſãs Chaldæus abegit
Impete, &, occiſis pecoris cuſtodibus, hoſtis
Sebæus, plenos populãs crudeliter agros. (thra,
Mox & oues ſumma (horrendũ) delapſus ab æ-
Cum miſeris cunctas rapuit paſtoribus ignis:
Poſt ea, cùm feſtis agitarent læta diebus
Tres gnatæ, ſeptemque ſimul conuiuia fratres;
Ecce ruens ſummo violentus ab æthere turbo
In latus impulſas euertit funditus ædeis,
Oppreſſitque vna gnatos gnataſque ruina.
Tandem etiam ipſius Satanas aggreſſus Iobi,
Vlceribus corpus fœdis, ſanieque cruenta,
Imã vſque ad plantã, capitis de vertice ſummo,
Deformem putri ſcabie ſic reddidit, omnes
Vt miſerum noti & deteſtarentur amici,
Præ reliquis veluti cunctis mortalibus vnum,

In ſe qui læſi commôrit numinis iram,
Soluat & occulto tantas pro crimine pœnas.
Ipſam quin etiam thalami vitæque iugalis
Semineciſq; tam indignè inſultare marito
Nil pudet, inque malo verbis augere dolores;
I nunc, i reliquis, ait, vt ſapientior vnus
Omnibus, heu miſer, in toto mortalibus orbe,
Crede tuos tua, te, cœli terræque potenti
Eſſe Deo curæ, crebros altaribus agnos,
Et ſacros illi ſuccendere thuris odores,
Illum præcipuo venerari ſtultus honore (nes.
Poſthac perge, λόγοι *Deus & mera fabula Ma-*
Scilicet hic pietatis honos, hæc præmia reddit,
Ille ſuis tuus ille Deus cultoribus, hi ſunt,
Hi vitæ fructus ſanctè iuſtéque peractæ.
Quin morere, iniuſtoq; Deo maledicta reponẽs,
Sponte tua tantis citus his te ſubtrahe pœnis,
Et tenueis animam corpuſq; reſoluere in auras,
Sis nihil vt deinceps, velutì nihil ante fuiſti.
Talia, dum ſubitam temere exardeſcit in iram,
Improba blaſphemo coniux profundit ab ore,
Ille iacet gemitu laſſus ſæuoque dolore,
Et varias tacito verſat ſub pectore curas,
Totius admirans tam mira arbitria mundi,
Quis mutat læta aduerſis, aduerſaque lætis,
Ille potens iuſtusque poli terræque creator,

Egelidos inter cineres, triſteisque fauillas
Vix ſpirans, laceriſque miſer vix oſsibus hærēs,
Vxori propriæ & cunctis exoſus amicis,
Supremi tanquam ſceleratus numinis hoſtis;
Et modò qui menſa lectoque beatus eburno,
Ante alios oſtro latè ſplendebat & auro,
Huic eheu ex opibus tantis vix teſtula vilis
Vnaque iam ſupereſt, ſanie taboque fluenteis
Quis miſer abradat cruſtas ſcabiēque malignā.
Sic tantas euertit opes, & nomen Iobo
Abſtulit eximium præſcriptæ terminus horæ.
Nec perſpecta quidem nobis, ſed iuſta voluntas,
Qui regit imperio terras & ſidera ſummo,
Iehouæ, mutans aduerſis proſpera rebus,
Et, quoties ipſi libitum eſt, aduerſa ſecundis,
Fortunæ vt nomen cæca nullum eſſe ſciamus,
Viuere ſed cœlo Dominum, qui cūcta gubernat,
In quamcunque velit, flectens mortalia, partē.
Non tamen infracto tantam fert pectore cladē,
Sed ſancto voces has ore profatur Iobus;
Nudus in has veni terras, hinc nudus abibo.
Sic eat, vt Domini decreuit ſancta voluntas.
Cuncta mihi hæc dederat Dominus, cuncta abſtulit idem.
Aeterno Domini nomen celebretur honore.
Si læta accipimus Domini de diuite dextra

Mortales, animo cur non & triſtia grato,
Et, quæcunque volet nos hic ferre ille, feramus?
Æterno Domini nomen celebretur honore.
Talia, dum Domini ſecum miranda volueat
Iobus facta, pio tranquillus pectore fatur,
Nec tumido Dominum contra delitigat ore,
Sed gemit & ſortem patiendo vincit acerbam.
Nam velut ignitis fuluum fornacibus aurum
Puriùs excoctum, maiore coruſcat honore,
Poſtque hiemem lõgam, tempeſtatũq; procellas
Clarior effulget lato Sol aureus orbe;
Sic Dominus fidum duri certaminis igne
Spectatum ſatis, & donandum iam rude ſeruũ,
Magnaq; promeritum patiendo præmia Iobum,
Victorem ex ipſis vicini faucibus Orci,
Vlceribus, ſcabieque mala, taboque cruento,
Fimetoque putri, & cœno, gelidiſque fauillis
Et cognatorum probris, odioque maligno,
Indignoque ſuæ riſu, dictiſque nefandis
Coniugis, infractum morbo ſæuoque dolore,
Ereptum dextra forti, miroque fauore,
Viribus integris rurſus ſanoque valentem
Corpore, cognatis gratum, vxorique placentem
In ſua reſtituens, maiore ornauit honore,
Quàm priùs, amiſſas magno cũ fœnore reddens
Largus opes, cladẽq; & luctũ in gaudia vertens.

Trina camelorum cui nuper millia, cumque bis
Mille boues, ouium fœtarum millia ſeptem,
Quingẽtaque aſinæ paſcebant pinguibus aruis,
Huic pẽſante bonis Domino mala, dãnaq; lucro,
Sena camelorum latis iam millia campis,
Et bis mille boues, ouium bis millia ſeptem,
Millenaq; aſinæ geminato ad flumina paſcunt
Agmine, & incolumes dumeta virẽtia tondẽt.
Quin etiam ſeptem præſtanti corpore gnatos,
Et trinas animo & præſtantes corpore gnatas
Reddidit orbato mundi moderator Iobo,
Omnes florentes ætate, & viribus omnes
Integris, ſolidumque fouentes corde vigorem,
Tanta verecundæ quis gratia frontis, & oris
Vis inerat, tribus his vt fœmina pulchrior vlla
Omnibus haud foret in terris à Gadibus vſque
Ad Gangem, Eoique extrema palatia Solis.
Nec contenta tot & tantis auxiſſe benigna
Dextra Dei, duro conſtantem tempore Iobum,
Largiter hæc alijs cumulauit munera donis.
Nãq; graue poſt hunc caſum, & patiẽter acerbã
Deuictam ſortem, diuino munere vitam
Centenos, denosq; quater produxit in annos,
Quàm fuerat prius, ante alios felicior omnes,
Auctas inter opes, maioreque clarus honore,
Et læta Iobus degens viridique ſenecta,

Natorum

Natorum vidit natos horumque nepotes,
Incolumes ſanctam cunctos traducere vitam,
Ampliùs his donec pertæſus viuere terris,
Tranquilla tandem compoſtus morte quieuit,
In cœlum vitaq; migrans melioris in aulam.
Hoc igitur, miſeri voluit mortalibus æui,
Exemplo miro ſummi ſapientia Regis
Et Domini, cœli, terræ, Pontique potentis,
In ſpeculo veluti nobis oſtendere claro,
Quàm pietas, quàm ſit ſidei conſtantia vera
Grata ſibi, & duris durans patientia rebus,
Aduerſoque etiam ſperandum tempore. namque
Multa Deus, certaque vices mutabilis æui
In melius referunt permultos dextra reuiſens
Iuuit, & in ſolido rurſus diuina locauit.
Hæc alios præter multos patientis Iobi,
Nobilis hiſtoria attentis lectoribus aptam
Suggerit arguti doctique problematis anſam,
Scilicet ereptas numero cùm duplice ſummus
Cœli, terrarum, Ponti moderator & æquus
Arbiter, occulto mutans mortalia nutu,
Largus oues aſinasq;, boues, grandeisq; camelos,
Sena camelorum pro trinis millia, bina
Millia pro bubus mille, & bis millia ſeptem,
Septenis pro ouium fœtarum millibus, & pro
Quingentis aſinis, aſinarum mille, valentum

Pondera robuſto geſtare immania dorſo,
Reddiderit, numerum duplicãs augẽsq; priorẽ;
Cur non ereptos etiam cum duplice gnatos
Et gnatas, numero at contentus ſimplice tantũ,
Pro ſeptem ingenio & præſtanti corpore gnatis,
Ingenio ſeptem & præſtanti corpore gnatos,
Pro tribus ingenio & forma præſtante puellis,
Ingenio tres & forma præſtante puellas,
Haud iterũ numerũ duplicans augensq; priorẽ,
Idem reddiderit patienti promtus Iobo
Ille potens cœli Dominus terræque creator?
Hunc ſibi ſi fòrs me iubeat quis ſoluere nodum,
Iudicioque meo ſi ſit certare paratus,
Poſſe, putem, rectè ſic hunc me ſoluere nodum;
Nempe boues & oues, aſinæ, grandeſque cameli,
Quos ferus inſonti raptos mactârat Iobo
Chaldæus, mandante Deo, Sebæus & hoſtis,
Mactati vitam atque animãcũ corpore perdũt,
Et nihil effecti tenueis rediguntur in auras.
Hos igitur prorſus cunctos amiſit Iobus.
At ſeptem numero gnati, trinæque puellæ,
Quos ſimul oppreſſit triſti domus alta ruina,
Sic tentante fidem Domino patientis Iobi,
Cùm ſubita cuncti procumbunt morte perenti,
Non animam vitamq; ſuo cum corpore perdũt,
Nec nihil effecti tenueis rediguntur in auras;

Sed

Sed ſuperant animæ poſt fata, poloque recepta,
Cum Domino læta cœli verſantur in aula,
Exſpectantq; diem poſtremam, cuncta gubernãs
Qua Deus has iterum proprio cũ corpore iũget.
Non igitur, non hos patiens amiſit Iobus,
Sed ſuperam ſaluos cœli præmiſit in arcem.
Ergo boues & oues, aſinas, grandeisq; camelos
Iure Deus numero geminatos reddit Iobo,
Illatumque lucro damnum maiore reſarcit;
At totidem tantùm gnatos, totidemq; puellas,
Quot priùs exſtiterant, numero cõtentus eodẽ,
A Domino, Domino ante alios dilectus Iobus
Accipit, & tanto lætus pro munere grates
Semper agit cœli Domino terræque potenti.
Nos etiam ſancto dociles ſueſcamus Iobi,
Æterno Domini nomen celebretur honore,
Dicere ab exemplo, & ſincero pectore grates
Aſsiduas cœli Domino terræque potenti,
Seu læta aduerſis mutet, ſeu triſtia lætis,
Et placida, illius quidquid nos ſancta voluntas
Ferre iubet, mente hoc moniti ſuperare ferendo.
Illius æterno nomen celebretur honore.

Eitelbergæ, poſtrid. eid. Iunias,
anno cIↄ. Iↄ. x IV c,

VOTVM ET LAETA

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ AD ILLVSTRISSImum Principem FRIDERICVM, Comitem Palatinum Reni, Ducem Bauariæ, Electorij ad Renum Palatinatus heredem, LVDOVICI VII. Electoris Palatini filium vnicum, FRIDERICI III. PII. Electoris Palatini nepotem, generoſiſſimę indolis, maximęque & optimæ ſpei puerum, recitata à Daniele Helmio Pithopœo, Eitelbergenſi, Lamberti filio, in publica renũtiatione primæ laureæ philoſophicæ, in Academia Eitelbergenſi, 7. eid. Iunias, anno

CIↃ. IↃ. XIVC.

MAcie animi Friderice, tuæ ſpes maxima ſtirpis,
Tu facito, mox cùm matura adoleuerit ætas,
Te Fridericus auus, pater & Ludouicus, & heros
Cõſilio pollens Ianus Caſimirus & armis,
Patruus & tutor tibi progenitore colendus,
Qui pro te validas Reni nunc flectit habenas,
Gaudenteſque ſacra populos in pace gubernat,
Excitet ad veræ conſtantem laudis amorem,
Maiorumque æques, vel vincas facta tuorum
Fortia, cum doctis templa & tueare Camœnis,
Siſque pater patriæ, verique patronus & æqui.

R. M. H. N. D. W.

ZACHARIAS VRSINVS
Lamberto Pithopœo S.

NOn potuit Rhetor patroni encomia magni,
Quālibet à multis tractare rogatus amicis,
Dicere Socraticæ Minciia iura cathedræ
Promtior & Laurum leges dictare petendi.
Scilicet eloquium non in tam parua profundit
Ille ſuum, nec tam vulgaribus argumentis
Impendit ſtudium; Sophiæ ſin ſumma geratur,
Aut ſit conſilium Lauri de rebus habendum,
Tum ſtomachi tonitura ſui miracula promit.

Poſtrid. Nonas Ianuar. anno 1577.

Lambertus Pithopœus
ZACHARIAE VRSINO S.

IN *nugis nugas agere adſueuēre diſerti*
Grammatici, idq; illis licuit ſemperq; licebit,
Præcipuè, quoties nugando magna merentur
Præmia, & applauſum rudis incautæq; iuuētæ,
Atque facultatis iubet hoc ampliſſimus ordo,
Dÿ cuius iurare timent & fallere leges.
Cuduntur ſed quando noui decreta Lycei,
Splendida vel magni tractantur fœdera Regis,

Callida Grammaticis, Medicis, Iuriſuεperitis
Nil eget hæc ætas. Res iſthæc tota magiſtris
Mandanda eſt ſemper noſtris. hoc debile cernẽs
Rhetoris ingenium, nugis implere canoris
Seria, nec lacrymas voluit perfundere riſu,
Et ſapit, ac gnarus, quàm ſit ſibi curta ſupellex,
TITYRE, TV PATVLAE, *tecto ſub paupere cantat,*
Huic, ETSI VEREOR, *tranquilla mẽte,* QVIRITES,
Iungit, & agreſtẽ modulatur arũdine Muſam,
Cùm lubet, atque alijs Regum ſecreta relinquit,
Et pleno nugas in nugis detonat ore.
Sic verſus verſu. ſic ars deluditur arte.

Eitelb. poſtrid. Non. Ianuar. 1577.

AD IOHANNEM POSTHIVM,
Poetam & Medicum clariſſimum.

SPonte ſua, quæ vix vnquam ſperare liceret,
Et nunquam fieri quæ potuiſſe putes,
Attamen arcano qui temperat omnia nutu,
Sic regit hæc mundi Rexque Paterque Deus,
Vt tandem eueniant, nobis mirantibus ipſis,
Tam ſubiti quæ ſit proxima cauſſa boni.
Hæc mihi lecta priùs, vates doctiſſime Poſthi,
Euentu cœpi diſcere vera nouo.

Sæpe, tui tacitè demirans carminis artem,
Et metra, quæ placido molliùs amne fluunt,
Muſica qui iungis ſecreto pectora nexu,
Da Deus, hunc, dixi, da mihi noſſe virum.
Hàc optata tenus noſtro fortuna labori
Afuit, & celeres vota tulêre noti,
Nec ſtudij ſociám dextra mihi iungere dextrã,
Nec licuit vultus, Iane, videre tuos.
Facta mei tandem compos ſententia voti,
Venit & antennis aura petita meis,
Quaq; tuos poſſem præſentis cernere vultus,
Attulit optato Lucifer axe diem.
Namque Palatinam generoſi in Principis aulã,
Miſſa per antiquos ſceptra tuentis auos,
Et ſibi commiſſas Reni moderantis habenas
Pro nuper functo fratre, vocatus ades,
Hîc vbi Panorij ſedes antiqua Lycei
Otia Pierio præbet amica choro.
At deſiderio, te ter vidiſſe quaterque,
Crede mihi, potuit non ſatis eſſe meo.
Coràm ergo viuas audire & reddere voces,
Et ſtudeo Muſis notior eſſe tuis,
Vade age, dicebam tacitus mihi ſæpius ipſi,
Et prior eximij limina vatis adi.
Ipſe tibi, moto pandet ſua limina poſte
Poſthius, illius hæc omina nomen habet.

Candida magnorũ ſunt promtaq; pectora vatũ,
Et redamãt, Phœbi carmina quotquot amãt.
Talia voluentem, teque appellare parantem,
Et timida blandas addere voce preces,
Neſcio, quis metus & (tu vera ignoſce fatenti)
Ruſticus impedijt detinuitq; pudor.
Tun' rudis arguto ſtrides coram anſer olore,
Et querulo fundes aſpera verba ſono?
Hanc tibi maturè mutet ſententia mentem,
Ne lepidi ſias fabula plena ioci.
Quid miſer incaſſum pergis ſudare, ſtudeſque
Non profecturo littus arare boue?
Ille ſuũ meritò Stephanum colit, ille Meliſſum,
Ille colit Douzæ metra diſerta ſui,
Chytrei, Bezæ, Iuſtiq; poëmata Lipſi,
Fruterij, Modij, Palmerijq; ſui,
Te quoq; lane tuæ nuper Gulielme Lubecæ
Quem rapuit celeri mors inopina manu,
Cui multis merito vitam producere ſeclis,
Artis & ingenij nobilitate tui,
Ardua dum viridi moliris fortiter æuo,
Bis tria vix iuueni viuere luſtra dedit.
His ſeſe vates oblectat Poſthius, horum
Aſsidua verſat ſcripta diſerta manu.
Te ſimileſque tuî, extremos vix inter euntem,
Nec facili doctum claudere metra pede,

Negliget

Negliget, aut ſpernet, nec doctis nobile Muſis
Te ſinet indocto limen adire gradu.
Has inter dubiæ mentis ſpes atque tumultus
Ecce venit votis aura ſecunda meis.
Namq; Machaonias tractans feliciter herbas,
Clarus & Aoniæ Smetius arte lyræ,
Fortè meas nuper cùm deflexiſſet in ædeis,
Quo, referens, eſſet Belgica terra ſtatu,
Sponte tuis multam verbis mihi, Iane, ſalutem
Dicit, & optatam ſpondet amicitiam.
Hoc erat in votis, Smeti doctiſſime, noſtris,
Hoc dudum quæro fœdus amicitiæ.
Nuntius hic noſtras ferÿt gratiſſimus aureis,
Hunc numero optaui ſæpe videre diem.
Aſt animi tãtum mihi nõ fuit hactenus, huius
Vt prior auderem limen adire viri,
Et blandam præſens præſenti optare ſalutem,
Quæque nouus facere & dicere ſuadet amor.
Iam mea cùm teneant optatum carbaſa portum,
Non dubÿs timida puppe vagabor aquis,
Sed magni tandem dignatus amore poëtæ,
Optato pergam lætus honore frui.
Tu noſtris magnas Smeti dic optime verbis
(Quæ non tarda venit, gratia grata venit)
Eximio grates medico, magnoque poetæ,
Pro ſponte oblato fœdere amicitiæ.

Accipio lætus, quod dat, ſtudiumque viciſſim
Ipſi quo poſſim, quæro, probare meum.
At prece tu blanda veteris perſuaſus amici,
Iſta refer mentis nuntia ſigna meæ.
Hæc adeò, nuper quo mecum Smetius vſus,
Poſthi, ſermonis ſumma modusque fuit.
Nec longo poſt hæc nobis occaſio venit
Tempore, ſed votis tardior illa meis,
Qua priùs abſenteis inter qui cœperat, idem
Firmior eſt fauſto ſidere factus amor.
Namq..e tuæ coràm dextra mihi iūgere dextrā,
Et licuit vultu colloquiiſque frui.
Aetherias ergo meus hic dum ſpiritus auras
Hauriet, & fragilis corporis oſſa reget,
Poſthi, Caſtalidum vates gratiſſime turbæ,
Hæc memori ſemper condita mente geram,
Et quibus officiis potero tibi cunque placere,
Obſequio cernes eſſe parata tuo.
Promta mihi ſemper fuit & ſincera voluntas,
(Inuidia hac liceat dicere & abſque metu)
Et dulceis erga ſemper durabit amicos,
Sit licet, & fuerit res mihi curta domi.
Hanc in amititia cœpta conſtanter eandem
Polliceor Muſis, candide Iane, tuis.
Hanc tibi recupio potiùs factoque probare,
Quàm dubia vanus commemorare fide.

Hanc

Hanc candore tui confiſus pectoris ipſam
A te poſco; eſto par amor, æqua fides.
Qui mare, qui terras, qui nutu ſidera flectit,
Efficiat, quò ſint hæc rata vota, Deus,
Et duce ſub magno multos feliciter annos
Nos ſinat hic laudi dicere grata ſuæ.
A primo, fateor, vernantis flore iuuentæ,
Noſſe fuit doctos maxima cura viros,
Præcipuè ingenij quos ſcirem diuite vena
Fundere Pierijs carmina culta modis.
Pars horum viuo coràm mihi cognita vultu
Sæpe dedit Muſis otia grata meis;
Pars non viſa mihi, ſed claro nomine nota
Erudijt ſcriptis carmina noſtra ſuis.
Chytræum vidi, Bezam, noſtrumque Meliſſum,
Quique habet à nigro nomina clara ſolo,
Et, quo ſe victrix Germania iactat alumno,
Te Camerariadûm, magne Iochime, decus,
Et docta Vrſinum nulli pietate ſecundum,
Sollertem argutis ſcribere metra modis,
Et te, cui priſcis orto, Widebrame, Nariſcis,
Mite fuit placidæ pectus adinſtar ouis,
Et te nominibus mihi coniunctiſsime multis,
Herminij nomen qui, Witekinde, geris,
Doctrina, ingenio, canæ grauitate ſenectæ
Exornans noſtræ pulpita clara ſcholæ;

Schoſſerum cum Caſelio, Ianumque Bocerum,
Friſchlinum, & vultus, culte Sabine tuos,
Henricumq; tuum Stephanũ, Ianũq; Iochimũ,
Congrua qui rebus nomina Maior habet,
Quique elegos calles, Geldorpi Henrice, ſuaueis,
Et mira argutos dexteritate ſales,
Et magno celebrem Vincent I nomine Petrum,
Teq; ingens patria fama, Xylandre, tua,
Ianum Poſſelium, meritò quo gaudet alumno et
Vate, Megalburgo ſubdita terra Duci,
Et te, qui docto doctis, Mollere, probaris
Carmine, cui patrium eſt Haßica terra ſolũ,
Et te Dauidis generum; Fredere, Chytraj,
Varnus vbi tardas in mare voluit aquas,
Te quoq; Burgundis, Boſſarde, in montibus ortũ,
Qui vates ſimul & pictor es egregius,
Quique ſacros inter Dauid cenſere poëtas,
Maxima Pannonij ſpes Sigemunde, ſoli,
Et te, quem noſtro, Steni dilecte. Lyceo
Iam ſtudijs ſocium dant pia fata meis,
Pontanũq; meũ, & primis mihi cognitũ ab annis
Clementem Achtfeltum, Veſpaſiumq; meum.
Hos præter vates, Muſis & Apolline dextro
Cernitur en oculis Poſthius ipſe meis.
Stigelium cum Fabricio, vatemque Siberum,
Te clari columen, docte Micylle, chori,

Lotichium

Lotichium Petrum, quo vix præſtantior alter
Inter, quos genuit Teutonis ora, viros,
Siue elegos molleis pleno depromere fonte,
Siue epos heroo grande ſonare modo,
Immodico vatis niſi fortè ego fallor amore,
Vel tarda ingenij ſimplicitate mei.
Huius ſæpe auidè peruoluens carmina, dico,
Aemula Lotichij Muſa, Tibulle, tua eſt,
Douzamq; Archilocho puris qui certat iambis,
Et, me ſi certes iudice, victor abit.
Illum dentato rabies armârat iambo,
Plenaq; mordacis pectora fellis erant;
Moribus huic placidis & molli pectus iambo
Phœbus & Aonides erudiêre Deæ,
Nicoleum quoq; Reuſnerum, quo fortis alumno
Vateque ſe iactat Sleſica terra ſuo,
Et cum Codicio Meiſterum, quemque Bohemis
Proxima, Berſmannum Miſnia clara tulit,
Nec non Elîam Coruinum, vbi clara Viennæ
Mœnia præcipiti protegit Iſter aqua,
Paganumq; Petrum, celſa qui Martis in vrbe
Haſsiacæ cecinit carmina docta ſcholæ,
Et vix credibili miraque Georgius arte
Qui canit Vngarico carmina Cæſar agro,
Et quos iam celebri tãtùm mihi nomine notos,
Hoc nequeo cunctos commemorare loco,

Facta meis ſemper nimiùm contraria Muſis,
Et raró votis fata benigna meis,
Non me ſiuerunt viuo cognoſcere vultu,
Mutuaque alterna verba referre vice,
Et certa pignus fidei coniungere dextram,
Et corám ſalue & dicere dulce vale.
Nec tamen hoc vnquã cœpto me auertere curſu,
Nec potuit ſtudium deminuiſſe meum.
Semper enim doctos præſens abſenſque poëtas
Et colui,& ſuperat dum mihi vita, colam.
Ingenium ſic eſt noſtrum.placet? vtere.mores
Hos immutabunt tempora nulla meos.
Ergo age,Pieridũ & Phœbi, doctiſſime Poſthi,
Magnaque Pæonij gloria, Iane.chori,
Me dulceis etiam promtus refer inter amicos,
Et timidas læta ſuſcipe fronte preces,
Quæq; fero tenui deducta poemata filo,
Hæc tibi ſint ſtudij pignora grata mei,
Et,quo te nondum viſum venerabar,amoris,
Et tibi quæ docto pectore metra fluunt.
Sic tibi det ſuccos ſemper miſcere ſalubreis,
Sic faueat Muſis dexter Apollo tuis.

V.Kalend.IIXbreis,
cIɔ. Iɔ.xvc.

AD IANVM DOVZAM, Nordouici dominum, Poetam ingenioſiſſimum, & equitem fortiſſimum, amicitiæ ineundæ ergo Ode ex puris iambis.

QVid hoc, quid eſſe, Iane, prodigI putem,
Poëta nobiliſſime,
Grauiq;, Douza, Marte miles inclite
In vrbe viſe Leidica,
Fameq; quam diuq; peſtilentia,
Et hoſte preſſam Iberico,
Malique quod fuit caput, domeſticis
In vrbe factionibus,
Tumultibusq; ciuium grauiſſimis,
Prope hoſtium libidini,
Luporum & inſolentia rapacium,
Tyrannideque traditam,
Ab imminente iam necis periculo,
Miſerrimaque ſanguinis
Profuſione, vaſtitate & horrida,
Maloque inexplicabili,
GenI ingenIque proſpera tui alite,
Fide, arte, diligentia,
Tuisq;, Iane, maximis laboribus,
Bona Dei fauentia,

Tuiqu,e Douza, claritate nominis,
Tuæque laude cum domus,
Reique gratulatione publica,
Suauibuſque cantibus,
Et ad ſacrata ſupplicationibus
Iouæ potentis atria,
Fremente, liberaſti, Iberico agmine,
Opem & ſtupente numinis,
Simulque liberatam, honore maximo,
Et approbato ab omnibus
Bonis pijſque, publica & noua ſchola,
Beaſti, & omnibus, quibus
Potes, beare pergis impiger bonis,
Scholaſticiſque præmiis;
Quid, inquio, quid eſſe prodigI putem,
Tot vnus inter agmina
Quòd optimorum Apollinis clientium,
Dearum & Hippocrenidum,
Vel hac tulêre noſtra quos, vel Ennium
Secuta caſca ſecula,
Repenetè, Nordouicio ortus aëre,
Borea & in Batauia,
Et ad furentis vſque tunſa fluctibus
Maris vaga æſtuaria,
Apollinem & Nouenſiles apud Deas,
Choro ſtupente Muſico,

Sacro

Sacro feris micantia aſtra vertice,
Iugumque victor occupas
Sacri biuerticisq; montis, vberes
Lacus & Hippocrenidum?
Enim quis vnquam (huic ſed, inuidentia
Et arrogantia abſiet
Vocabulo procul ſiniſtra opinio)
Neceſsitate tam graui
Metri illigauit ipſe ſeſe Iambici,
Chalybdicisque vinculis,
Iambus vnus vt loca omnia occupet,
Fugetque ceteros pedes,
Et ampla condidit tamen volumina
Iambicantibus modis
Meris vbique, & his ſimul ſuauiter,
Fluentibusq; molliter,
Suauiter ſonantibus, ſuauiter
Terentij Afri, & Attij,
Horatijque, PacuuI, atque Publij
Syri, Catulli, & Ennij,
Titinnijque, CæcilIque, Nauij,
Poliſtoris Terentij,
Tuaque, Farſinas acute fabula,
Tuique, Naſo, carminis,
Tibulli, & his ſimul Propertij, grauis
Maronis, atque Perſij,

Et Attici oris Arbitri Petronij,
Nimis ſed ore libero,
Vetuſtiorum & vſpiam poematum
In orbe quidquid eſt ſuper,
Venuſta peruetuſta & elegantia
Vocabula atque formulas
Locutionum, & affabre æmulantibus
Poëticæ artis abdita?
Profectò in orbe nullus hoc, velis modò
Mihi acquieſcere arbitro.
Vt ergo bina primùm Iambici tua
Metri mihi volumina
Videre contigit Dei fauentia,
Referta liberalibus
Iocis & vndique Atticis leporibus,
Batauici decus ſoli,
Et eruditione, Douza, & ingenI
Politioris vbere,
Quibus ſe Apollo cum nouem puellulis,
Sororibusq; Gratijs
Tribus, ſubinde montis in cacumine
Binomine & biuertice,
Lacuſque fonte Theſſij ſacerrimo,
Ioue approbante, recreat;
Nouo ſtatim ſtupore tactus, & tui
Metri ingenIq; gratia,

Tam

Tam amabilique captus elegantia,
Recente & igne ſaucius,
In hæc, quaſi intonatus, ora maximo
Reſoluo verba gaudio;
Quid hoc? quis iſte tam potens poëticus
Vigorq; mentis ἔνθεος
Ab vltimo aduolauit Hippocrenidum
Iugo lacuque virginum,
Sali & ſoli æſtuaria ad Batauici
Procul remota, pectoris
In intimos repentè Douzici ſinus?
Quid hoc, nouæ quid hoc rei?
Catullus ipſe cum Marone, Horatio,
Terentio, Propertio,
Tibullo & Attio, Arbitro & Petronio,
Et vniuerſus omnium
In arte quondam apud vetuſta ſecula,
Poetica celebrium
Chorus virorum, & elegantis ingenI
Vigore, perſpicacia,
Acumine, & valentium eloquentia,
Scientiaq; copia,
Si ab inferis, benignitate numinis
Supremi, in hancce denuo
Reuertat orbem, amabilemque luminis
Apollinaris hanc oclis

Facem intuatur, atque priſtinis ſui
Bonis fruatur ingenI;
Quid? ipſus immo Apollo cum puellulis
Suis nouem, licet velit,
Suasq; iungat vniuerſa copias
Ab axe Eoo ad Heſperum,
Trionibuſque ſeptem ad humidi plagam
Noti, erudita natio,
Dei benigna quam potensq; dextera
In hoc dedit nouiſſimum
Redire ſeculum, ingenI omnibus bonis
Politam & eloquentiæ,
Nihil tamen politius, ſuauius
Nihil, nihilquè mollius
Fluens, nihilque tinnulum & mage elegans,
Nihilque delicatulis
Tenellulisq; virginum nouem, nihil
Mage expetendum ab auribus,
Metri in coactione tanta Iambici,
Sciat queatque ſcribere,
Iambon vnum vt omnibus neceſſe ſit
Locis pedem implicarier,
Tui ô o'elle, corculum, ſuauium,
Chorique flos Poëtici,
Meri atque miri Iambici elegantia &
Suauitate carminis,

Quod

Quod expetentibus, quod approbantibus
Politioris ingenI
Et eruditionis omnibus viris,
Satriſque vatibus ſimul,
Deæ nouenæ, amabileſque Gratiæ,
Apollo & alma Fauſtitas,
In ora iuſſit ire docta, publicum
Et vſum in æmulantium
Manuſque nuper & ſtylum, ſed irrito
Labore, ſpe, cupidine.
Enim tui quis elegantiam genI,
Quis aſſequatur ingenI?
Ter ergo, Iane, me quaterq; & amplius
Beatum, & omnibus bonis
Sat affluentem, & auctiorem honoribus
Feram nouis, ſodalium
Deas colentium nouem atque Apollinem,
Sororculaſque Gratias,
Me in album & ordinem referre ſi velis
Tuum, bonusque me ſinas
Vel in nouiſsimæ angulo tabellulæ
Habere nomen vltimo.
Sed ô me ineptum & impudentem homullulum,
Per hos putantem iambicos
Id impetrare poſſe me, meros quidem,
Rudes ſed hercle & aſperos.

Abi hinc malam inq; maximam, inquies, crucē,
Chori corona Muſici,
Feroce, Douza, Marte, & inclitus lyra,
Petitione cum tua, &
Inelegante ruſticoque carmine
Iambico procul tuo.
Rudi quid anſeri atque ſtridulo tibi
Negotij cum oloribus
Suaue Apollini vſque virginum & nouem
Melos choro canentibus?
Tuis vacare verſibus mihi haud vacat,
Iambicis licet meris;
Mihi meus, Brabantici decus ſoli,
Scholæque fama Leidicæ,
Reconditæ eruditionis vbere,
Sagacitate iudicI,
Potenſque acumine ingenI ille Lipſius,
Meuſque Proſperus Faber,
Suæque bina Galliæ illa lumina
Donellus & Cuacius,
Et his ſimul Pithæus & Briſonius,
Georgius Ratallerus,
Guellius, Rocaſiusq; Carolus,
Lanæus atque Lernutus,
Meorum & intimus ſodalium Heurnius,
Et inter hoſce Baudius,

Epiſco-

Epiſcopuſque Ianus ille Pæonum,
Apollinem atque Mnemones
Puellulas qui ab Hippocrene ad Iſtrias,
Aquasq; primus Auſtrias
Deûm bona & fauente duxit alite,
(Inuſitata & infrequens
In orbe noſtro auis,cycnoque nigro,vti
Poëta ait ,ſimillima)
Ibericum Italumue vatem idoneus
Bonusque in acre quemlibet
Nouo hoc,vel ex vetuſtiore ſeculo,
Choro probante cœlitum,
Poëticæ artis euocare prælium,
Mercrierque Lauream,
Domus adhæc propago nobiliſſima
Tituſque Stroza & Hercules,
Vel ipſe quorum in aureis metris Maro
Dari recuſet arbiter,
Parenſne filio,an parente filius
Poëta ſit politior,
Caſanoua, Actiuſque Sannaſarius,
Hyellulaque cum ſua,
Et elegante bellulaque villula
Suauis ille Flaminis
Poëta voce dictus .& vir integer,
Libris & inclitus ſacris,

Vetuſta quem velint videre ſecnla,
Marullus, atque Iulius
Tuum, ille Cæſar, Itala atq; Celtica,
Decus perenne, Scaliger,
Potens viris ſcientijſque natio,
Nec hoc parente filius
Scientia ingenIue laudibus minor.
Seuera cuius hæc metri
Referre nomen hoc me Iambici loco
Metri vetat neceſſitas,
Deiq; ſingulari in hæc nouiſſima
Benignitate tempora
Datus, ſcientijſq; Beza & omnibus
Bene expolitus artibus,
Poëta & ipſe nobiliſſimus, pio
Bonoque cuilibet ſenex
Amandus & colendus, vt pater, crepent
Licet ſua ilia inuidis,
Et ille Solis à cadentis orbita
Eoam aduſque nobilis,
Scientiaq; claro & arte, clarior
Suoque patre doctior
Roberto Ericus, ad Lemannici lacus
Aquas celebris, artifex
Typographus, typographiq; filius,
Secundus arte nemini

In hac,

In hac, idoneum vnde ei Pelaſgica
Corona nomen indidit;
Georgiuſque Buchananus, aſpero
Qui in vltimi orbus aëre,
Vbi tribus trionibuſque quattuor
Scotum propinquum in horrido
Salo frementia vſque monſtra territant,
Natatileſque bellua,
Licet creatus, educatus, attamen
Chori locum Poëtici
Meretur æuo in hoc tenere principem,
Probantibuſque ceteris,
In arte Roſcius ciuis Poëtica,
Meuſque Paſſeratius,
Gerensq; nomen ille Ianus aureum,
Et aureum canens melos
Reabſe, regioq; munere, optimo
Poëta iure regius,
Et Adrianus ille Iunius meus,
Et Aonum & Machaonum,
Batauiciq; lux decusq; nominis,
Et optimus Gruterius,
Meusq; ciuis Hagius, vocabulo
Quidem, reabſe nemini
Secundus arte Ianus in Poëtica,
Et oſculis Hymettijs,

Meiq; FruterI, meiq; Modij
    Modeſta Muſa & elegans,
Et elocutionis ille ſedulus
    Sonique Adolfus artifex
M.kerchius meus Pelaſgici, decus
    Suaq; fama Flandriæ,
Ibiq; magna ſpes decuſq; Palmerus
    Agri futurus, inuidam
Auara ni intuliſſet Atropos manum,
    Bonos ſuëta tollere,
Suæque Ianus ille Gulielmius
    Domeſticæ propaginis,
Lubecæ & vrbis inclitæ decus nouum,
    Sinusque gemma Baltici,
Et huius vtiliſſimis laboribus,
    Honoribuſque maximis
Niſi obſtitiſſet, auferēs & hūc nimis
    Rapace forſice Atropos,
Soliq; lumina illa bina Francici,
    Tuumque, Mœne, gaudium,
Meus Meliſſus, & meus Lotichius
    Secundus ille nomine,
Sed arte primus, atq; nemini ſua
    Secundus elegantia,
Priore quemque collocaſſe debui
    Metro graduque, Poſthius,

Potentium archiatrus ille Principum,
Suaque ſtella patriæ,
Tuusq; Mæne, Nicre, Rene, flumina
In orbe nobiliſsima
Boreo, equis, viris, pecunia, artibus,
Et omnium affluentia
Bonorū, amor, decus, ſuauium, inſuper
Poëta nobiliſsimus,
Bonis ad vnguem homo expolitus artibus,
Simulque commodiſsimis
Et optimis grauiſsimiſque moribus,
Lepore & elegantia
Referta cuius, Atticis liquoribus,
Poëmata vſque ſunt mihi,
Hymettijſque dulciora, & ipſius
Iouis, Deûmque nectare.
Hic ergo tam ſuauiter canentium
Sacris nouem ſororculis,
Amabiliſsimiſque Gratijs tribus,
Et harum Apollini Duci,
Diſerta tam vſq; & expolita carmina,
Chorus virûm tam amabilis,
Et omnium ſcientia artium inclitus,
GenIq; maximis bonis,
Et eloquentia ingenIque dotibus,
Plagas ad orbis vltimas,

Hic, inquio, chorus mihi eſt, eritq́;, dum
In orbe ſanus hoc agam,
Mei vſq́; cura amorq́; cordis, & meum
Perenne iure gaudium,
Et aurea horum erunt mea poëmata
Suauis occupatio,
Laborq́; mētus haud grauis, nec inſolēs,
Sed ingenI refectio
Amœna, honeſta, liberalis & decens
Bonis ſatumque fortibus.
At hiſce, quiſquis es, qui Iambicis tuis
Rudiſſimis mihi obſtrepis,
Et à me in hunc referrier cupis locum
Chorumque nobiliſſimum,
Et album amoris atq́; honoris indicem,
Et omnium omnibus Ducum,
Potentiumq́; præferendum honoribus
Pecuniĳſque Principum,
Tuos citò hinc ad anſeres rudiſſimos
Faceſſere, inque maximam
Abire, Douzi, te, impero, malā crucem,
Nec aſſequi, quod expetis.
Meum iſta turbulenta cogitatio
Prior pauore perculit,
Metuq́; pectus anxium grauiſſimo;
Sed hanc ſtatim benignior

Et, vt

Et, vt ſit, altera inſecuta blandior,
Citis & aptior metris,
Mea priora mentis illa nubila
Moleſta perquam & horrida,
Apollinaris inſtar expulit facis,
Sereniuſque reddidit,
Mihique pectus excitatius meum
Metris in his Iambicis;
Quid iſta tam ſiniſtra mentem opinio
Tibi inquietat, optimo,
Ludolfe, de poëta, & optimo viro,
Suæque luce patriæ?
Sui clientis atque Douza amaſij
Cor eſſe tam vetant ferum
Apollo Mnemonesq; virgines nouem,
Duæque & vna Gratiæ,
Modeſtè honeſta poſtulantis, ardua
Licet ſatiſque grandia,
Vt hanc tuam ſuperbus atque tetricus,
Iambico precem mero,
Styloque ſcriptitatam honoris indice
Amoris atque candidi,
Licet locutione ſimplice & rudi,
Velit queatue ſpernere.
Suum ille iam antè plurimis & optimis
Viris idem petentibus

Manu recluſit album amica & impigra,
Benignitatis & ſuæ,
Genīq; priſtinam ingenīque gloriam
Sibi integram tuerier
Et in te, & in tui ſimillimis, modos
Amantibus poeticos,
Apollinisq; & Hippocrenidum choros,
Et in futura tempora,
Nec in tuis Iambicus volet ſuæ
Seueritatis, & noui
Sui rigoris experirier modum
Domus auita Douzicæ,
Batauicæque gentis illa comitas
Tot ante ſecla nobilis,
Et ipſa Douzici amplitudo ſtemmatis,
Propaginiſque dignitas,
Et huius eruditio viri omnibus
Ab eruditioribus
Bonisq; vbique prædicata carminum
Modus, libriſque plurimis,
Poeticique candor ille pectoris
Et inuidere neſcij,
Nec hoc ſinet probata rebus aſperis,
Sagaxque prouidentia,
Nec illa me itis ingenīque celſitas,
Et æquitas amabilis.

Metu

Metu ergo age & ꝓcul pudore ruſtico,
Inutili negotia
Ad omnia exſequenda ſemper ardua,
Valere iuſſo, Iambico
Metro hoc nihil verere adire Douziũ
Prior, licet rudiſsimo,
Sua tabella in angulum nouiſsimum
Referre nomen vt tuum,
Rogans, loco ille non grauetur vltimo.
Ita aſſequêre, quod petis.
In hiſce mentis anxiæ tumultibus
Et occupationibus,
Pede ipſe, Iane, me meoque metiens
Modo, dum in alterum magis
Siniſtræ opinionis illius latus
Feror, mihique conſcius
Probè ipſe tenuitatis ingenI mei,
Et artis imperitiæ
Poeticæ, extimeſco ſordidæ probrum
Nimis repulſæ, Apolline,
Mihi ecce, dextro, & omnibus puellulis
Nouem iuuantibus, ſacrum
Iugum quæ amant, lacusq; Theſpij nemus,
Probantibuſque Gratijs,
Tuus meusq; Ianus ille Poſthius,
Lyra potens poetica,

Iatrica idem in arte nobiliſsimus,
Vir idem & integerrimus,
Is ipſe, Douza, cui tuos Iambicos
Amoris atque ſymbolon
Dicaſti & imputaſti honoris, aſtitit,
Meique cognita metus,
Et hæſitationis huius anxiæ
Origine atque fomite,
Quid, inquit, hoc, inepte, maceras leui
Tuum cor ipſe ſomnio,
Inanibuſque diſputationibus?
Quid inſtituto in hoc tuo
Probabili trahis moram improbabilẽ,
Ludolfe, tamque ruſticam.
Metu ergo parce, meq; Poſthium tuum
Vide; hîc nihil periculi.
Meus mihi ille Douza multo amicior,
Et ille candor ingenI
Niue & recente lacte purior, mihi
Magiſque nota comitas,
Et illa ſingularis eſt benignitas
Probatior, quàm vt hoc tibi,
Quod expetis, negare poſsit aut velit
Superbus atque tetricus;
Nec vnquam id illa lenitas ſinet ſoli
Et aëris Batauici,

Nec

Nec amplitudo claritasq́ſtemmatis
Ferent auita Douzici, &
Domi foriſque parta Marte gloria,
Apolliniſque munere.
Ad hæc, Ludolfe, tam tibi cor æreum,
Neceſſe credo ferreum,
In hoc vt abrogare pertinaciter
Mihi fidem negotio
Queas, tuoq́ velle Poſthio audeas.
Metu implicata lentitas,
Et obſequendi inepta contumacia,
Sacrata corda Apollini,
Nouemq́ virginum choro atq́ Gratijs
Tribus, Ludolfe, dedecet.
Quid in re aperta opus tibi eſſe pluribus
Putem probationibus?
Idoneorum adeſt parata copia,
Idemque ſentientium,
Tibi mihique teſtium, quibus foret
Nimis ſuperbum & inſolens
Reſiſtere, atq́ honeſta conſulentibus
Et æqua, nolle credere.
Tibi ecce faxo ſpondeant idem tui,
Vetuſtiore vinculo
Et arctiore iam antè amoris agniti
Tibi, viri integerrimi,

Et eruditione nobiliſsimi;
Donellus ante ceteros,
Biturrigumq; Teutonumque gloria,
Batauicaq; Leidiæ;
Puertiaque doctor ille ſedulus
Tuæ olim, ad arcton inclita
Vbi vrbs ſita, à roſis habere creditur
Originem vocabuli,
Apollini Hippocrenidumque cætui
Domus ſacrata virginum,
Dauid Chytræus, ipſa ad vſque ſidera
Boreo ab axe nobilis;
Nathanque frater huius, alterum decus
Domus ſuæque patriæ,
Vir optimus, ſimul poeta & optimus,
Lacuſque cura Theſpij,
Et incolens, & excolens ῥόδου πόλιν
Sui arte & ingenî bonis,
Et ille comitate comior tuus
Caſelius, Pelaſgica
In elocutione mirus artifex,
Et Attico poemata
Sonoq; Tulliano & elegantia
Peritus ingenî vberis
Sinu erudita promere, atque Baltici
Corona clara littoris,
Tuaque

Tuæque, Varne ſidus vrbis, & ſchola
Amor, decus, ſuauium,
Sed hoc tacere de viro, minuta quàm
Breuique pauca dicere,
Mihiq; & illius puto eſſe laudibus
Magis decorum, & aptius;
ρόδιυq; *cui* πόλις *te & alma Leucoris,*
P*anoriumque nobile,*
Neapoliſque parua deinde mœnia,
Bona hinc reuerſum & alite,
Locoque redditum ordinique priſtino,
P*anorium vice altera,*
Amore iunxit, &, Ludolfe, mutua
Fide, optimus ſodalium &
Dobinus ille N*icolaus intimus*
Tuorum, & ipſe Apollini
Nouemq; dedicata virginum choro
Qui amans fouenſque pectora,
Scientiaque iuris & potens boni
Et æquitatis, intereſt
Ducis potentis arduis negotijs,
Grauiſsimiſque caſibus,
Tuuſque W*itekindus ille patriæ*
Suæ, ſolique W*eſtuali*
Decus, ſcholaq; parua quà Nicro adiacet,
At vrbs celebris, atque de

Meris adepta montibus vocabulum
Sua vetuſtum originis;
Et ille fautor atque amicus omnium
Chori virûm poetici
Amantium, ſuique dulce Sleſici
Decus ſoli, Monauius
Tuus, cui tui imputaſti opuſculi
Recèns poetici forent
Honoris vt redintegrata teſſera,
Modos ſonoſque funebreis;
Hymetÿſque dulciora apum fauis,
Grauiſque carmina æmula
Tubæ ſoni, Meliſſus artifex potens
Sui vberis profundere
Poeticique Muſicique pectoris
Procul ſonante flumine,
Iberico, Britannico, atque Celtico,
Et orbe clarus Italo;
Simoque noſter ille Stenius, nouum
Et arte, & eloquentia
Decus domus paternæ, agriq; Miſnici,
Lycei item Panorÿ,
Vir optimus, poeta mente candida,
Suauibuſque moribus,
Pelaſgico & ſonare promtus Italo
Modo erudita carmina,

Iocis

Iocis vel expolita liberalibus,
Graui vel acrimonia;
Laguſque proximus tibi Iehoſua
Neceſſitudine intima,
Sagace iudicI valens acumine,
Et elegantia ſtyli,
Diuque rebus eruditus arduis,
Periculiſque plurimis;
Et Adrianus ille Borckius tuus,
Suæ nouum propaginis
Decus, ſoloque præferens facem ſuo,
Modeſtia, arte, ſtemmate,
Poeticaque laude, acuti & ingenI
Bonis, reapſe nobilis.
Virûm tot ergo taliumque cœtui,
Et ordini grauiſsimo,
Idem probantium atque ſentientium,
Idemque conſulentium,
Volet nec ipſe Douza, nec Ludolfe tu
Reſiſtere, vt velis, potes;
Tua nec hoc negauerit Dauentria,
Solo haud procul Batauico
Sita, tuique fratris vnici pijs,
Poeta Douza manibus,
βᾶσις *cui deditque* λαὸς *inclitum*
Vocabulumque regium,

Suaq; quem cum amata Alcide coniuge
Tegunt ſepulcra Leidica.
Tuos age ergo perfice hos iambicos,
Moraſq; tolle noxias,
Meoq; amoris arrham & indicem tui,
Nihil verere Douzio,
Licet remota mittere hinc procul maris
Batavi ad æſtuaria,
Vbi ille Nordouicij colit ſui
Auita & ampla prædia,
Suamq; Marte & arte patriã, & Deas
Tuetur Hippocrenides.
Tui hicce, Iane Douza ſermo Poſthij,
In inſtituto vt hoc meo
Iambici meri, inſolente mi metro,
Metu abſque pergerem, impulit.
Poeta age ergo virque nobiliſſime,
Rude hoc & aſperum licet,
Sinu tamẽ profectũ ab intimo optimi,
Tuique amante, pectoris,
Benigna, vti ſoles, manu cape, obſecro,
Petitioni & obſequens
Mea, & tui meique, Douza, Poſthij,
Meum tabellam in vltimam
Tui hacce nomen inſere indicis nota,
Ludolfe, habes, quod expetis.

Eitelbergæ, 3. eidus Ianuar. anno cIↃ.IↃ.XIV.c.

IN DOCT. HENRICI SMEtij carmen de artis Medicæ antiquitate & præſtantia ὀκτωκαιδεκάστιχον.

Quid faciat ſano vegetos in corpore ſenſus,
Quæ via Pegaſeas p̄xima mōſtret aquas,
Herbarum princeps & carminis autor Apollo
Fertur mortaleis edocuiſſe rudeis,
Et variam contra morbos monſtraſſe medelam,
Vtque forent certis verba liganda modis.
Hæc multis ludi tantùm, nugaque canora,
Nec ſunt indocti fabula plena ioci.
At Pallatini decus & noua fama Lycei,
Vitiferos placidè quà Nicre lambis agros,
Phœbea meritus redimiri tempora lauro,
Hoc gemina verum Smetius arte probat.
Nam ſimul & medicam tractat feliciter artem,
Et canit Aonia carmina culta lyra.
Miſceat vt ſuccos variaſque fideliter herbas,
Exemplo didici non ſemel ipſe meo;
Mollibus vt valeat numeris & diuite vena,
Indicio præſens eſſe poema poteſt.

Pridie Non. Iunias, cIↃ.IↃ.xvc.

AD SIMONEM STENIVM de participiis in N S & V S in fine Pentametri elegiaci.

CVr mihi tam figis duras in carmine leges,
Vt nolis elegos claudere rite legens,
Cunctaque de verbo partem, de nomine partem
Quæ capiūt, & in E N S terga ſonora trahūt,
Grammaticos vrgens canones, exemplaq; vatū
Certa vetuſtorum ſemper in ore ferens?
Ille poëtarum quà re, quà nomine Cæſar
Iulius à Scalis nomina celſa gerens,
Qui potis eſt vnus cunctis certare poëtis,
Artibus, ingenio, ſtemmate, Marte, lyra,
Quos vel noſtra ſacris longè clariſsima Muſis,
Priſca vel antiquis ſecla tulêre viris,
Qui caput, hanc inter nos, me componere litem
Si ſinis, humanis altiùs exſeruit,
Quo ſibi bellatrix Germania plaudit alumno,
Gallia quo ſeſe iactat & Italia,
Ille ſuæ lux & Veronæ gloria Cæſar
Scaliger, Aonij deliciæque chori,
Ter, quater, & plus q̄ libeat numerare legendo,
Hoc elegos gaudet claudere fine ſuos.
En tibi diuini cultiſsima carmina vatis,
Carmina Mæonijs æquiparanda modis,

Carmina

Carmina Scaligeri, libris diſtincta duobus,
Diſcipuli Borckl munera grata mei,
Quæ mihi permittant, exēpla probata ſequēti,
Pentametri quincta ponere ſede Legens.
Cur mihi non liceat tanti veſtigia vatis,
Pace tua, vates optime, velle ſequi?
Aut hāc ergo mihi veniam da cōmodus, ipſum
Aut ſimul autorem carpe notaque meum,
Illum quadruplici metuendum nomine cunctis
Scaligerum momis, grammaticiſque malis;
Iulius à priſco nomen ſortitur Iulo,
Cæſaris à magno Cæſare nomen habet,
Ingenio vates tranſcendit Scaliger omnes,
Veraque, Verona nomen amare dedit.
Quid multis? vnus Iuli mihi ſufficis, vnus
Omnia Cæſar habes, omnia Cæſar eris.
Naſo, Catulle, Tibulle, Properti, Galle, valete,
Quisqꝫ item, quiuis quod ſcit, amare doces.
Cur, quia tale nihil veſtris in verſibus exſtat,
Dem mea ſeruili colla premenda iugo?
Vno Scaligero ſat amico Cæſare felix.
Ille mei vindex carminis vnus erit.
Eminet hic veteres inter vateſque recentes,
Doctrina, & generis nobilitate ſui,
Vt reliquas inter cæli vaga Cynthia flammas,
Per liquidum roſeis æthera fertur equis.

Ergo Legens poſthac æquu: legiſſe memento,
Cunctaque, quæ ſimilem cernis habere notã.
Huic ſi fortè Legens noſtro concedere nolis,
Prorſus id ex elegi cedere fine iubens,
Grammaticas in te turmas, pugnamque ciebo,
Noſtras inde minas ſed mage facta caue.
Ioſephus veniet IulI dign:ßima proles,
Scaligeræ veniet cuncta propago domus,
Auxilio mihi quæ ſit contra vimq; dolumque,
Defendatque patris metra decuſque ſui.
Tunc ego, Iudæus veluti, concedere noſtras
In partes cogam teque gregemque tuum,
Et mea ſecurè pelago dans vela patenti,
Non metuam regni ſceptra ſeuera tui,
Scaligerique metris IulI munitus & armis,
Weſtualico vincam Miſnica metra pede.
Si tua ſic etiam molleſcere corda nequibunt,
Tunc ego te verè Stenion eſſe feram.

V.Kalend.V I.leis, cIↃ.IↃ.xvc.

STENIVS PITHOPOEO S.

SCaligeri magni, fateor, natuſque paterque,
Sed mihi maiores pace, Ludolfe, tua,
Quos prior eſt mirata, ſequẽs mirabitur ætas,
Sidera dum cœlum, Nicrus habebit aquas,

Dum

Dum miſer Holderi cuculus conuicia fundet,
Atq; erit in terris notus VBIQVE FABER.
Regula ceu ligno, ceu riuo limpidulus fons,
Carmine ſic melior Muſa recente vetus,
Vnde ſuos noſſet numeros vel Scaliger ipſe,
Pieris, ô Latium, ſi tibi nulla foret?
Cæſar cedat ouans quauis ex arbore agenſque;
Teque manente manens, teq; ruente ruens.
Si lubet, adiungat minuensq; volensq; tumẽsq;,
Siue volans rapido carmine, ſiue nouans;
Vmbria nos aliter, gelidisq; vberrimus vndis
Argutos elegos fundere Sulmo iubet.
Non tamen obſcuro prætexis nomine culpam;
Cæſaris eſt aliquid ſigna pedemque ſequi.
Forſan Scaligeri tibi ſunt id, quod Ciceroni
Humanæ ſophiæ gloria prima Plato;
Cumque illis mauis labi, quàm vera probare,
Quæ rata priſcorum verſibus eſſe vides.
Vtere iudicio, nobis ridentibus, iſto;
Verùm audi, cuius te meminiſſe velim;
Si Veronenſis tibi fractis Scala periclum
Attulerit gradibus, deſine velle queri.
Nos te maturè, Lamberte, monemus amici,
Optantes pedibus non nocitura tuis.

Eitelbergæ, 29. Iulij bellatoris, nõ poetæ, vel belligeri, non Scaligeri.

IOHANNIS POSTHII AD Lambertum Pithopœum podagra laborantem iocus.

OCia Phœbus amat, sũt ocia grata Camœnis,
Rebus & hæc vates omnibus anteferũt.
Hus ſine quandoquidẽ fieri memorabile carmen,
Ipſe pater vatum Pieridesque negant.
Ocia Mæcenas olim niſi longa Maroni
Feciſſet, tantum non ceciniſſet opus,
Tam bona nec culti legerentur carmina Flacci,
Ocia ni Tuſcus ſuppeditaſſet eques.
Noſtra ſed huic ſimilẽ videãt cùm tẽpora nullũ,
Mæcenatis agit ſola podagra vices.
Hæc ſola egregijs facit ocia certa poetis,
Et ſuperat magnos hac ratione duces. (eſt
Ergo canenda tibi, Pithopœe, & laude vehenda
Hæc domina, ingentis quæ tibi cauſa boni.

LAMBERTI PITHOPOEI ad Iohannem Poſthium podagra vacantem iocus ἀμοιβαῖος.

OCia grata quidem, Poſthi doctiſſime, Muſis
Sunt, fateor, tua ceu Muſa diſerta canit;
Aſt ea, quæ mentis ſeruant, iuſtumque vigorem
Corporis, atroci quæque dolore vacant,

Non

Non ea, quæ ſæuus gignit mihi ſæpe tyrannus,
Mæcenatis agens dira podagra vices.
Ocia Mæcenas ſi tam iucunda dediſſet,
Tam Maro præclarum non ceciniſſet opus,
Nec toties, culti legerentur carmina Flacci,
Hæc dare ſi Tuſcus dona ſuiſſet eques.
Quòd ſi fortè tibi, quod nolim, atq; exitus abſit,
Et ſunt hæc Muſis otia grata tuis, (æuum,
Nõ equidem inuideam, tibi quominus omne per
Mæcenatis agat dira podagra vices,
Illius & ſcribas læto præconia verſu
Plurima, cùm vireis exſeret illa ſuas.
Aſt ego, dura licet, tractare negotia malim,
Hoſtibus hæc linquens ocia grata meis.
Hæc tibi, de molli, nondum placata, grabato
Reſcribit tremula noſtra podagra manu.

V. Kalend. Ianuarias anni cIↄ. Iↄ. XXCVI.

Ad eundem alius Simonis Stenij.

Vt legit Poſthl virgo Rhamnuſia verſus,
Subridens placida talia voce refert;
Niſcirem, vatem hũc ſub Apollinis arte latere
Tutum, ſentiret, quanta mea ira foret;
Nunc, licet aſcendat celeri pede ſanus in arcem,
Sicubi ceſſarit, non mihi deeſſe volo.

Ad eundem alius Eilardi ab Alma, Friſij.

Mallem negotium relicto hoc otio,
Et Hectoris curſu podagrum vincere.

EILARDVS AB ALMA, Friſius, Lamberto Pithopœo, Dauentrienſi, S.P.

PHæbi atque Aonidum nouem ſacerdos
Sororum, & Pithopœe, laus decuſque,
Eilardus tuus & tuus Bolardus
Mittunt hos vigili dracone raptos
Fœtus Heſperidum beatiores,
Quos flauo Tagus effluens metallo,
Suis nutrijt aureis in hortis,
Et Mœni procul adfluenta miſit.
Munus exiguum nimis profectò,
Nec æquans operam & tuos labores,
Quos promto mihi corde præſtitiſti,
Dum meos bene corrigis Gigantes,
Non meis humeris onus ferendum;
Sed grato tamen & pio profectum
Cùm ſit pectore, dantium duorum
Agnoſces dubio procul fauorem,
Et feliciter ac diu valebis
Phœbi cura, nouem decus ſororum.

*H*eidelbergæ, Kalend. Aprilib. anni 1586.

Lamber-

LAMBERTVS PITHOPOEVS Eilardo ab Alma, S. D.

ARgento veluti fuluum pretioſius aurum,
Sic præſtare auro Punica mala reor,
Quæ nata Heſperidum lætis feliciter hortis,
Sunt auri exſucco pondere grata magis.
Hæc etenim generāt ſuccos mihi mala ſalubreis,
Et recreant acri feruida corda ſiti.
Quas tibi tam grato dicam pro munere grates,
Alma, decus Friſÿ grande future ſoli?
Vt fugiant alÿ, multùm mala cuncta laborant;
Aſt ego, plura mihi te dare mala, velim.
Mala leuant ſuccis hæc, mēbra nocentibus. ergo
Nō mala, ſed mala hæc, dixeris eſſe bona.
Hu tibi pro malis pellat mala cuncta benignus,
Longaque det vitæ lætaque fata Deus.

ibid. ead. die.

Νοῦν καὶ ποδὰς πιθοποιὸς ἀργὸς, καὶ τάλας,
Νοῦν καὶ ποδὰς ὠκεῖ ποθίῳ, καὶ εὐτυχεῖ,
Εὐδαιμόνως ἄγειν ἀεὶ ἢ ἀκινδύνως.

Τήνδε δόσιν, με φιλῶν, ὀλίγην λάβ' ἰᾶνε, φίλήντε,
(Me podagra en græcè ſcribere plura vetat.
Aduerſum aduerſo meliùs curabitur. ergo
Auſonÿs cedat Graia podagra modis)

Quæ ponenda quidem tota eſt, ſed pectore tantū
Et ceruice ſapit; cetera vince mero.
Poſt hi, niſi hybrida excipis ioco turpem
Riſuq; largo hunc & facetiis fætum,
Equidem nihil ſplenis te habere iurabo,
Solus meas ridens ſuauiter nugas.
28. Octobr. anno 1586. in morbo.

Parodia verſuum Virgilij lib. 10. AEneid.

Arcadas inſuetos acies inferre pedeſtreis,
Vt vidit Pallas Latio dare terga ſequaci &c.
Stentoras inſuetos ſcriptis certare modeſtis
Vidit vt Heshuſius Tiguro dare terga ſequaci,
Quando illos cœptis cogat diffidere veri
Vis inuicta, vnum quod rebus reſtat egenis,
Nunc prece, nunc dictis animos accēdit amaris;
Quò fugitis ſocij? per, vos rogo, fortia facta,
Per magni nomen Matthiæ, atq; acria ſcripta,
Spemq; meā, Flaciæ quæ nūc ſubit æmula laudis,
Cedite ne Tiguro. Vel vi rumpenda per hoſtes
Eſt via, quà globus ille virûm dēſiſſimus vrget.
Hàc vos, Illyricumq; ducem certamina poſcunt.
Ergo animis opus, ò ſocij, eſt & pectore firmo.
Cernitis, vt nos multa pmāt & ſcripta diſerta.
Ceſſandū haud eqdē. Verſuto vrgemur ab hoſte
Iam-

Iampridē; huic animis nos vix & viribus æqu
His dictis, magnus denſos prorumpit in hoſtes
Marbachius, cui mox fidum ſe iungit Achatem
Morlinus, celſa regnans Brunonis in arce.
At fidens animi, & certare vtrique paratus,
His Lagus haud fatis offert ſe primus iniquis;
Marbachiū, immani librantē pondere ſaxum,
Morlinum, breue, ſed lethali haſtile veneno
Iactantem, hic tantis annixus viribus vrget,
Vt geminos vno heroas proſtrauerit ictu.
VII. Kalendas Nouembreis. 1565.

De eodem Ioſua Lago Pomerano

Selneccerum Lagus & Morlinū fortiter vnus,
Marbachiūq;, Nicri ſacras pſtrauit ad vndas.
XI. Kalend. Maias, 1566.

Ad eūdem Lagum, in Tobię librum carmine elegiaco à me redditum.

Non poſſunt noſtros multæ, Leporine, lituræ
Emendare elegos; vna litura poteſt.
Poſtridie eid. Quinctil.

Ad eundem.

Sūt, quibus in toto prorſus nihil orbe probetur.
Hunc miſerum, nemo cui placet, eſſe puto.
XII. Kalend. Sextil.

In rerum humanarum imbecillitatem, inconſtantiam, & vanam leuitatem, ex vetere Græco epigrammate.

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος καὶ παίγνιον, ἢ μάθε παίζειν,
τὴν σπουδὴν μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

hoc eſt,

Vita hominum ſcena eſt & ludus. ludere diſce,
Res linquens, aut cor fruſtra edito ipſe tuum.

3. Kalendas Iunias, 1566.

Franciſcus Iunius Lamberto Pithopœo S.

χρύσεα *donauit Pithopœus, Iunius illi*
χάλκεα χρυσείων exhibet ἀντίδοσιν.

Lambertus Pithopœus Franciſco Iunio S.

χάλκεα *donauit Pithopœus, Iunius illi*
χρύσεα χαλκείων exhibet ἀντίδοσιν.

Eitelbergæ, menſe Martio, 1585.

METRI-

METRICA DESCRIPTIO

rituum in ſcholis publicis, quę vetere Platonicorum exemplo, Academiæ vocantur, cùm ſummus Magiſterij ſeu Doctoratus philoſophici honos candidatis ſolenniter tribuitur, vſitatorum.

PILEI.

IMpoſitus capiti Romanis pileus, olim
Libertatis erat decus atque inſigne parata
Virtute ac meritis, non luxu & inertibus horis.
Ergo agite, optata quos libertate beauit
Aſsiduum Sophiæ ſtudium, & mēs conſcia recti,
Vos quoque iam ſimili prōtus dignabor honore.
Libera mens Deus eſt, & gens diuina Magiſtri
Cenſentur meritò Sophiæ, qui pectus honeſtis
Moribus, & doctas mentē excoluere per arteis.

I.M. IOACHIMVS ORIDRYVS Duſſeldorpenſis.

Hic igitur, quo nunc lætus tua tempora velo,
Pileus, impenſi Muſis, Ioachime, laboris
Ne te pœniteat, merito teſtatur honore.
Virtute hunc partum, virtute augere memēto.

II. M. ANDREAS PANCRATIVS
Ambergenſis.

Tu quoq; Pācratij, Andrea, cognomine gaudens,
Quo caput exorno, tegmen virtute tuere.
Sic nomen factis exæquans, πάντα κρατήσεις.
Virq; viros inter virtutis laude frueris.

III. M. IODOCVS NAVM ZINS-
heimenſis.

IVſtitiæ proprium decus eſt & functio, dignis
Præmia virtutis perſoluere iuſta. tuorum
Hæc, Iodoce, igitur capito ornamenta laborum,
Et titulum Iuſti magnis virtutibus imple.

IV. M. BALTASAR LEDE VRATIS-
lauienſis.

PRouida te regis, Baltaſſare, nomine mater
Ornauit puerū, at virtus doctrinaq; grandē
Egregios inter iuuenes, hoc tegmine donat,
Tegmine, quod Sophiæ fas eſt geſtare Magiſtros.

V. M. NICOLAVS VENER MECKES-
heimenſis.

VIncere qui populū te, Nicollae, fateris (bus.
Nomine, fac, ipſis vt quadrent nomina re-
Te monet hoc, quē nunc laudato vertice geſtas,
Pileus, Aoniæ tibi quem neuere ſorores.

VI. M.

VI. M. IACOBVS RATZIVS Wormatienſis.

VTq; ſuum primo fratrem ſuperauit in ortu
Iſacides, ſic tu tā ſācti nomina patris, (neis
Docte Iacobe, gerēs, virtute atq; artibus om-
Aequales ſuperare, nouo hoc moueâris honore.

ANNVLI.

Pileus vt cari eſt capitis velamen honoſque;
Sic quoq; docta ſuum dextera geſtet onus.
Hoc onus eſt auri digitum qui circuit orbis
Adſpectu cunctis materiaque placens.
Hac etiā tribuunt vobis nunc præmia Muſæ,
Erga cultores numina grata ſuos.
Ingenium, virtus, labor atque ſcientia claros
Vos faciant inter nomen habere viros.

I. M. IOACHIMVS.

ANnule facūdi digitum vincture Magiſtri,
Iam ſtudio parti pignus honoris eris.
Ergo velut cunctis aurum bonitate metallis
Præſtat, & ante alias forma rotunda placet;
Optima ſic ſemper, Ioachime, & idonea vita
Quærere te in ſtudijs annulus iſte iubet.

II. M. ANDREAS.

ROmana quondam fuit annulus aureus vrbe,
Eximius ſummæ nobilitatis honos.

Clara Palatini te Principis aula probatum,
Non humili iuſsit munus obire loco.
Hic igitur, qui nūc dextrā tibi circulus ambit,
Sit ſtudij, Andrea, teſtis & arrha tui.

III. M. IODOCVS.

IGnibus excocto vix quidquam purius auro,
Eſt & idem morbo ſæpe medela graui.
Sic animus denſa purus caligine rerum,
Mœſta poteſt multis corda leuare malis.
Iſta tuas inter fuerit cùm maxima curas,
Hoc aurum læta ſume, Iodoce, manu.

IV. M. BALTASAR.

REges regna decent, & tu Baltaſſare regis
Nomen habens, pergas regia caſtra ſequi.
Regia Muſarum ſunt caſtra, & regia reddunt
Cultori Muſæ præmia ſæpe ſuo.
Ergo age qui fuluo digitum ligat annulus auro,
Sit tibi doctrinæ munus honoſque tuæ.

V. M NICOLAVS.

VTq; auro argentū, ſic eſt virtutibus aurum
Vilius, & totus quas capit orbis opes.
A teneris doctas didiciſſe fideliter arteis,
Et vacuum vitiis pectus habere malis,
Hoc decus, hæc laus eſt, hoc, Nicollae, tropæum
Figere te hac auri pulcra figura monet,

VI. M.

VI. M. IACOBVS.

TVquoq;, tu magni cape præmia magna labo-
Et gerito digitis hoc, Iacobe, tuis, (ris,
Quo tua te virtus auro, doctrinaque præſtans
Ornat in hoc Charitum Pieridumq; choro.
Effice, ſperato cùm iam ſis auctus honore,
Ad maiora nouus ſit tibi calcar honos.

LIBRI.

QViſquis ingenium ſuum expolire
Præclara cupit eruditione,
Huic libris adeò eſt opus probatis,
Sed paucis tamen, atque ſingulari
Lectis iudicio, vt nihil ſine illis
Vnquam diſcere, nec docere poſſit.

I. M. IOACHIMVS.

HVnc ergo Ioachime ſume librum,
Quem clauſum tibi trado & explicatum,
Vt lectum quater & quater relectum
Altè ſenſibus intimis recondas.

II. M. ANDREAS.

Idem te memori tenere mente,
Andrea, Sophiæ volo magiſtrum.
Rectè ſic alios docere quondam
Cum libro poteris & abſque libro.

III. M IODOCVS.

NE fidas nimiùm, Iodoce, libris,
Commendo tibi codicem ligatum;

Vt verſes vigili labore libros,
Hunc reddo tibi rurſus euolutum.

IV. M. BALTASAR.

QVem, Baltaſſare, conſpicare apertũ,
Eundem tibi ſume librum apertũ,
Vt par ſis in vtraque dote mentis,
Ex ſcripto recitandi, & abſque ſcripto.

V. M. NICOLAVS.

NIcolae, tuo hæc memor reponas
Vt lubens animo, decere noris
Magiſtrum Sophiæ recèns creatum,
Legiſſe, & tenuiſſe mente libros.

VI. M. IACOBVS.

FIdeli vt ſtudeas tenere corde,
Quæ ſcriptis, Iacobe, continentur
Doctorum, liber hic tibi ligata
A me traditur, & patente charta.

Felix, magiſtri, nunc precor hoc noui
Vobis honoris principium à Deo,
Qui cuncta prudens & benignus
Arbitrio moderatur æquo.
Veſtros labores Maximus Optimus
Chriſtus gubernet nominis ad ſui
Laudem, ſuorum que ad ſalutem,
Sanguine quam proprio parauit.

Illuſtret

Illuſtret almo flamine ſpiritus
Nati & parentis, pectora largiter
Veſtra, vt per orbem ſtet potenti
Gloria debita conditori.

CONRADI ARNOLDI ESSENI ELEGIA GRATVLATORIA IN honorem eorundem ornatiſſimorum virtute & doctrina virorum, cùm ipſis in Heidelbergenſi Academia, Magiſterij Philoſophici honor & dignitas per Lambertum Ludolfum Pithopœum publicè conferretur V. eidus Februar anno Seruatoris noſtri 1580.

DIcite Theſpiades, vatum pia gloria, Muſæ,
Luſtrantes placidi pulcra fluenta Nicri,
Quæ noua lux oritur lætis ſpecioſa tropæis? (lũt?
Quid tuba, q̃d cithara, plectraq́; eburna vo-
Cur plaudunt vno ore ſenes, vno ore iuuentus?
Incola cur noſtræ quilibet vrbis ouat?
Nunquid cœlitibus redeunt feſta annua diuis?
Annua non redeunt feſta colenda dijs.
Nũ Venus, aut Veneris turpes ſectatus amores,
Hunc aliquis ſacrum iuſſit adeſſe diem?
Hinc laſciua Venus, laſciui arceantur amores,
Non habet hic vllum fœda libido locum.
Nũquis adeſt armis & dextro Marte triũphãs,
Qui debellato victor ab hoſte redit?

Cuius inexhauſtum robur, virtuſque perennis
Hanc laudem & feſtum promeruere diem?
Nemo ferox miles, Mauortis clarior armis,
Huc debellato victor ab hoſte redit,
Nec Muſæ, armorum ſtrepitu, belliſq; mouẽtur;
Pacem amat Aonijs turba ſacrata iugis.
Quorſum igitur tantus gẽmarũ fulgor & auri?
Cur veſtes cultu ſplendidiore nitent?
Cur violæ atq; roſæ, cur florida ſerta leguntur,
Sparſaque per vicos lilia, perque domos?
Quò properat Tyrio circumdata Pallas amictu?
Cur noſtræ ingreditur limina claræ ſcholæ?
Cur pceres aulæ atq; ſcholæ comitãtur, & vrbis,
Et quiſquis doctæ nomina laudis habet?
Cur ſecũ à tergo (numeroſum pondus & ingẽs)
Multa trahunt iuuenum millia, multa ſenũ?
Cur ſex in medio, quorum eſt pretioſius amictus,
Et tenera lauro frons redimita viret?
Inſigni admiror contextas arte corollas,
Et quæro, an cultu hoc pulcrior eſſe queat.
Ora genæq; rubent, grato ſuffuſa pudore,
Vt roſa natiuo tincta colore rubet;
Qualis & Eois cùm Lucifer exit ab vndis,
Forma venit rutilo conſpicienda polo,
Qualis Erythræis ſcintilla eſt indita gemmis,
Talis in his lucet forma colorque viris.

Lactea colla gerunt, ceruix quoq; lactea, qualem
Non habuit Cygno Læda amata Deo.
Circùm aurum & gēma, pretioſa monilia circū;
Quidquid & his longè carius eſſe poteſt;
Candida procero dependet corpore veſtis,
Candidior cygno, lacte, ebore, atque niue.
Adſpice, qui geſtus, & quanta modeſtia morum,
Vt moueant paribus fortia crura modis.
Hæc adeò humanis diſcordant ritibus, illos
Aetheria natos vt regione putes.
Cetera mitto loqui. quis enim mihi verba miniſtret?
Quis mea Pierijs imbuat ora fauus?
Dicite nunc igitur ſaxoſo proxima Nicro
Numina, vos Charites, tu quoq; culta Themis;
Dicite vos etiam Dryades & Oreades, illic
Quæ bifidi colitis læta vireta iugi;
An fortaſſe iſtis ſolennia feſta perantur;
Quos ſceptra & frondes, pictaq; ſerta notant?
Scilicet hos tandem læto nunc omine, lætos
Aonio vultis conſociare gregi;
Et quia barbariem manſuetæ Palladis hoſtem
Vicerunt animi robore quiſque ſui;
Ac rigidos paribus ſtudiis ſubiere labores,
Militiæ capient præmia digna ſuæ;
Hæc demum vera eſt laudis victoria, pectus
Virtutum veris extoluiſſe bonis.

Cetera, quæ vitæ bona ſunt & corporis huius,
Quæque ex diuitijs gloria nata perit,
Haud ſecus, ac violæ pereunt ſpirantibus Euris,
Et velut ex oculis labilis vmbra fugit.
Ipſa quoq; immenſi vaſtiſſima machina mundi
Interit, &, tumidi quod tegit vnda maris.
Gloria ſed ſtudijs & iuſto parta labore,
Sola manet victrix, ſola ſuperſtes agit.
Quorſum ergo nitor hic iuuenũ, cultuſq; ſuperbus,
Quos decuit nullo luxuriare modo?
Talia dum fragiles exornant corporis artus,
Depingunt animi nobilioris opes.
Sidoniam capiti cur impoſuere tiaram,
Cuius apud veteres maximus vſus erat?
Exprimit hæc magnas generoſo in pectore dotes,
Doctores Sophiæ dum monet eſſe graues.
Cur adeunt altæ ſubſellia docta cathedræ,
Et ſumunt poſitos ordine quiſque libros?
Non minor exhauſtis debetur gloria curis.
Hunc vigili ſtudio promeruere locum,
Digni, vt grãdiſonis effundãt verba cothurnis,
Et doceant alios, quæ didicere priùs.
Cur eadem ponunt, eademq; volumina tollunt?
Cur liber iſte patet, qui modò clauſus erat?
Dum ſua dicentes, aliena intacta relinquunt,
Non opus eſt multos explicuiſſe libros;

Verùm

Verùm ubi difficiles habet ardua quæſtio nodos,
Tum fas eſt doctos conſuluiſſe libros.
Cur porrò digitus inducitur aureus orbis,
Huius & in medio lucida gemma micat?
Quiſquis amãs, verbis dilectam mulcet amicã
Anxius, in thalamos vt velit ire ſuos,
Talibus aſſueuit donis & ritibus vti;
Exprimit ingenuam lucida gemma fidem.
Sic Muſæ noſtri ſublimia fulcra Lycei,
Quarum præſidio, quod ſumus, omne ſumus,
Quãdo nouis pandunt myſteria ſacra magiſtris,
Illorum obſtringunt hac ſibi lege fidem,
Vt caſtas habeant, puraſq; à crimine mentes,
Vtq; ſuos mores integritate probent,
Neu repleant fœdas errorum fæce cloacas,
Neu teneros animos impietate grauent;
Sed facili methodo præcepta ſalubria tradant.
Omnis enim ſtomacho craſſior eſca nocet,
Et ſemper degant vitam omni labe carentem,
Qualis in aurato margaris orbe nitet.
Figuntur iunctis etiam caſtiſſima labris
Oſcula, mellitis anteferenda fauis,
Vt norint pacem ſancta ſibi lege colendam.
Diſcrepat à Muſis, iurgia quiſquis amat.
Auguſta cinctum caput eſt viridiq; corona
Ex lauro, ſimilis quæ manet vſque ſui.

Nam velut in ſummo Parnaſſi vertice montis
Delia perpetuo laurus odore viret,
Non illam Boreæ, neq; vis mouet aſpera brumæ;
Sed contrà aſſurgit robore nixa ſuo;
Sic horum pietas, virtus, induſtria, candor
Frondeſcent, triſtem non habitura diem.
Ipſa quidem vita breuis effugit vmbra caducæ;
Et tegitur vili vile cadauer humo;
Pars melior ſupereſt, nullis obnoxia morbis;
Nec metuens iras, Parca ſeuera, tuas.
Huius opus quodcũq; bonum, laus, gloria, facta,
Salua manent finem neſcia habere ſuum.
O fortunatum, cui proſpera fata dederunt
Pierij ſummum culmen adire iugi,
Et guſtare ſacros latices, nectarque Dearum,
Quod rapidus fudit Bellerophontis equus.
Aſpera ſunt primò (fateor) veſtigia greſſus,
Occurrunt duræ tædia mille viæ.
Mox vbi Caucaſeas rupes atque inuia ſaxa
Viceris, haud longum iam tibi reſtat iter;
Magnorumq; ſimul meta eſt ſuperata laborum,
Iam varios fructus grataque mella legis.
Vos igitur lecti iuuenes, & clara virorum
Gloria, qui tantum ſuſtinuiſtis onus,
Pro meritis veſtris fragrantes ſumite flores,
Quos fouit gremio pulcra Napææ ſuo.

Plu-

Plurima, quæ reſtãt facili modulanda Camœna,
Muſa mihi nimium dura nouerca negat.
Grandior aſſurget veſtrarum buccina laudum,
Quæ fundet Latio grandia verba ſono.
Cedite cuncta loco, pateat locus amplus eunti.
Huc ades, huc properãs, huc, Pithopœe, veni.
Tu flectes hominumq; animos, animosq; Deorũ,
Admiſcens lepidis grandia verba iocis.
Nempe ille & veſtras laudes, & ſtirpis auitæ,
Nouerit in digitis enumerare ſuis.
Audite hunc grauiter dicentem atq; ore diſerto,
Romani eloquij qui pater eſſe queat.
Quod ſupereſt, veſtro grator iam lætus honori,
Atq; precor titulis omina fauſta nouis.
Pergite felices, vt maior gloria creſcat,
Et plures iſtis accumuletis opes.
Non eadem ſemper ſtabit fortuna, nec ætas,
Nec ver purpureum, quod fuit ante, redit.
Pergite, dum cœptis ſupremum imponere finem
Dent ſuperi; vberior poſt ea meſſis erit.
Pars veſtrûm vigiles diuina oracula pandãt,
Pars medicas artes, iuſtitiamque colant,
Vt per vos Muſæ, per vos Eccleſia ſurgat,
Quæ facta eſt rapidis præda cruenta lupis,
Floreat vt patriæ per vos quoque gloria gentis,
Iuſtitiaque ſuus reſtituatur honos.

Hæc precor, hæc ſummis animi conatibus opto;
Numina dent, votis pondus ineſſe meis.
Dent ſenis hæc eadem Pylij ſuperetis vt annos,
Vtque vehant veſtram vela ſecunda ratem.

AD LAMBERTVM LVDOLfum Pithopœum pro dono miſſis Pöematum libris Dauid Parcüs αὐτοσχεδιάζων.

QVas tibi pro tāto grates, Pithopæe, repēdā
Munere, quo Phœbus dignus & ipſe fo- (ret?
Sacra, pios manes, tadarū fœdera, ſiluas
Aonidum, libri, quos mihi mittis, habent.
Vix celeri inuerſis aliquot mihi pollice chartis,
Sic loquor; Ex ipſo noſcitur vngue leo. (nas,
Quàm leni aureolas Tagus agmine voluit are-
Tam tua iucundo carmine vena fluit. (mico,
Quin, quòd amicitiæ hoc pignus mihi mittis a-
Gratius id multis eſt, mihi crede, Tagis.
Quid, Lāberte, igitur, tanto pro munere poſcis?
Quid Telenicus inops, quid dabit Irus egēs?
Non mihi, ceu quondā ſuccreſcūt floribus horti
Candidulis muſto non mihi prala rubent.
Poma darē, cappumue darē, vel dulce coloſtrū,
Butyrumue darem, caſeoloſue darem.

An ne legam violas aliena in ſepe recentes?
Sunt violæ munus ſed leuidēſe nimis.
Vota dabo, vos, ô voco, ter tria numina, lauri
Cingite Lamberti fronde virente caput.
Laurigeros inter Pithopœus honore poëtas
Iam vigeat, quotquot Renus & Albis habēt.
Sic veſtro æternum decus aſpirate Poëtæ,
Fundat vt ambroſiis carmina tincta fauis;
Tempora ſic mollis genialia tranſigat æui,
Eius & infeſtet nulla podagra pedes.
Sic dabit aut vno ſtans, aut pede ſoſpes vtroque,
Carmina pro veſtri plurima honore chori.

XI. Kalendas Aprileis,
CIƆ. IƆ XXCV.

ΚΕΝΟΤΑΦΙΟΝ POCILLI VItrei elegantiſſimi.

Hic ſita ſunt vitrei mœſtiſſima fragmina pocli,
Quo bibere in cœlo Romulus ipſe velit.
Hoc mihi per multos ſeruatum gnauiter annos
Vno indocta ictu dextera fregit opus.

25. Octob. 1585.

AD NICOLAVM DOBBInum, veterrimum & iucundiſſimum amicum.

SI lauiſſe libet mecum, tibi calda parabo (ram;
Balnea ſub quartā quinctāue podagricus ho-
At tibi, quæ faciunt huc, ipſius cetera quære,
Ferq; cibum tecum ſi vis bene veſpere mecum
Viuere, & halecem modica cœnare patella,
Paucula q; Heimbachij pocla exhaurire Falerni,

12. Martij, cIↄ. Iↄ. xxcvi.

ΑΠΟΘΕΩΣΙΣ ΚΑΙ
ΟΥΔΕΝΩΣΙΣ
Nouiueteris Cornucopiæ,
NIHILI VTOPIENSIS,

Strena loco inter amicos mutuò miſſa per internuntium

MERCVRIVM LIBERALEM, Patricium Beneuentanum.

ΟΥΔΕΝ ΠΑΣ Ο ΒΙΟΣ.

EPIDAMNI
APVD POLYDORVM CARGIVM,
cIↄ.Iↄ. XXCIV.

STRENA I. PASS. ad Memm.

Nihil.

Janus adeſt, feſtæ poſcunt ſua dona Kalendæ,
Munus abeſt, feſtis quod poſſim offerre Kalē-
Siccine Caſtalius nobis exaruit humor?   dis.
Vſque adeò ingenij noſtri eſt exhauſta poteſtas,
Immunem vt videat redeuntis Ianitor anni?
Quod nuſquā eſt, potiùs nouaꝑ veſtigia quarā.
Ecce autem, partes ſeſe dum verſat in omnes,
Inuenit mea Muſa NIHIL. ne deſpice munus.
Nā Nihil eſt gemmis, Nihil eſt pretioſius auro.
Huc animū, huc igitur vult⁹ aduerte benignos.
Res ea narratur, quæ nulli audita priorum.
Auſonij & Graij dixerunt cetera vates;
Auſoniæ indictum Nihil eſt, Graiæq; Camœnæ.
E cælo quæ unque Ceres ſua proſpicit arua,
Aut genitor liquidis orbem complectitur vlnis
Oceanus, Nihil interitus & originis expers,
Immortale Nihil. Nihil omni ex parte beatum.
Quòd ſi hinc maieſtas & vis diuina probatur,
Nonne & honore Deûm Nihil *& dignabitur a-*
Cōſpectu lucis Nihil eſt iucundius almæ.   (ris?
Vere Nihil, Nihil irriguo formoſius horto,
Floridius pratis, Zephyri clementius aura.

In bello

In bello ſanctum Nihil eſt Martiſque tumultu,
Iuſtum in pace Nihil, Nihil eſt in fœdere tutum.
Felix, cui Nihil eſt (fuerunt hæc vota Tibulli)
Non timet inuidiam, fures, incendia temnit,
Sollicitas ſequitur nullo ſub iudice lites.
Ille ipſe, inuictus qui ſubijcit omnia plãtis,
Zenonis ſapiens, Nihil admiratur & optat,
Socraticique gregis fuit iſta ſcientia quondam,
SCIRE Nihil, ſtudio cui nunc incumbitur vni,
Nec quidquam ludo mauult didiciſſe iuuentus,
Ad magnas quia ducit opes & culmen honorũ
Noſſe Nihil, noſces. fertur quod Pythagoreæ
Grano hærere fabæ, cui vox adiuncta negantis.
Multi Mercurio freti duce viſcera terræ
Dura liquefaciũt, ſimul & patrimonia miſcẽt,
Arcano inſtantes operi & carbonibus atris,
Qui tandem exhauſti damnis, fractique labore
Inueniunt atque inuentũ Nihil vſq; requirunt.
Hoc dimetiri non vlla decempeda poßit,
Nec numeret, Lybicæ numerũ qui callet arenæ.
Vel Phœbo ignotũ Nihil eſt; Nihil altius aſtris.
Tuque, tibi licet eximium ſit mentis acumen,
Omnem in naturã penetrans & in abdita rerũ,
Pace tua, Memmi, Nihil ignorare videris.
Sole etiam Nihil eſt & puro clarius igne.
Tange Nihil, diceſque Nihil ſine corpore tangi.

Cerne Nihil, cerni dices Nihil abſque colore,
Surdũ audit, loquiturq; Nihil ſine voce, volatq;
Abſq; ope pẽnarũ, & graditur ſine cruribus vl-
Abſq; loco motuq; Nihil per inane vagatur. (lis,
Humano generi vtilius Nihil arte medẽdi. (tet
Nec Rhombos igitur, nec Theſſala murmura tẽ
Idalia vacuum traiectus arundine pectus,
Neu legat Idæo Dictæum in vertice gramen;
Vulneribus ſæui Nihil auxiliatur amoris.
Venerit & quamuis trans mæſtas portitor vn-
das,
Ad ſuperos imo Nihil hunc reuocabit ab Orco.
Inferni Nihil inflectit præcordia Regis,
Parcarumque colos, & inexorabile penſum.
Obruta Phlegræis pubes Titania campis
Fulmineo ſenſit Nihil eſſe potentius ictu.
Porrigitur magni Nihil extra mœnia mundi,
Dijque Nihil metuunt. Quid longo carmine
plura
Cõmemorem? virtute Nihil præſtantius ipſa.
Splendidius Nihil eſt, Nihil eſt Ioue deniq; ma-
ius.
Sed tempus finem argutis imponere nugis,
Ne tibi, ſi multa laudem mea munera charta,
De Nihilo, nihili pariant faſtidia verſus.

IN NIHIL I. PASS.

PAce mihi liceat ſapientes dicere veſtra,
Qui factum ex nihilo dicitis eſſe nihil;
En qui vos verbis,qui vos ratione refellat,
Et quiddã eſſe probet,quod fuit ante nihil.
Quiddam, inquã, ex Nihilo faciat,quo crede-
re quidquam
Grandius,aut etiam fingere velle,nefas.
Immo,quod mirum magis eſt,qui miſceat vnà
Sic alicui Nihilum,ſic aliquid Nihilo,
Vt confirmet idem ſimul eſſe aliquidq; Nihilq;,
Et neutrũ eſſe probet,quod ſit vtrunq; tamẽ.
Mirus homo Nihil eſt,aliquid ponensq; negãsq;,
Quodq; negat ſtatuẽs, quod ſtatuitq;,negãs.

V. B. T.

ANTIDORA

IN VETVS ATQVE NOVVM NIHIL omnibus omnia donans, ad *DANIELEM TOSSANVM, dono mittentem*

I. PASS. NIHIL:

Sole ſub hoc ſolum Nihil omni parte beatum.

Aurea

Aurea nunc rediјt miſeris mortalibus ætas.
Vnum namque Nihil qui tenet, omne tenet.
Eſte procul curæ, duri procul eſte labores.
Vnica iam cunctos vocula parua beat.
Diues eris, doctuſque vno Nihil atque beatus.
En tibi res, quantas quantula ſpondet opes!
Ergo Nihil cupias, vereare Nihil, tibi curas
Sit reliquas inter maxima, noſſe Nihil.
Nec procul ignoto venit hoc Nihil orbe petēdū,
Suppeditat quæuis hora locuſq; Nihil.
Mirus ab integro ſeclorum naſcitur ordo, (hil.
Quod fuerat Nihil, eſt omne; quod omne, Ni
Aſt ego, q̃ tāties mihi muneris autor & auctor,
Pro, quo me ditas, munere, reddo Nihil.
Sic tua ſunt noſtris æqualia munera donis.
Nil mihi cùm mittas, accipis ergo Nihil.
Pace tua verum liceat mihi dicere, reddo
Plus tibi, q̃ mittis; Nil tria; quinque Nihil.
Nam Nihil eſt melius cella plenaque crumena,
Et certa melius commodiuſque domo.
Cui Nihil eſt, cellā & plenam tenet ille crumenā;
Pulcram, cui Nihil eſt, incolit ille domum.
Denique cui Nihil eſt, pleno tenet omnia cornu.
Vt teneas igitur cūcta, remitto Nihil.
Si ſapis, auſcultans pleno Nihil omnibus ore
Laudantem, vt teneas omnia, quære Nihil.

De Nihilo factum tenuis lege carmen amici,
Cui fandi & dandi copia ſumma Nihil.

Ad eundem de eiuſdem NIHIL noua efficacia.

EX Nihilo ſemper certo Nihil ordine factum,
Hæc ex quo mundi machina vaſta ſtetit,
Nec poſſe ex Nihilo quemq̃ producere quidquã,
Hoc mundi donec grande manebit opus,
Dicunt & ſcribunt vno concorditer ore,
Quotquot Ariſtotelis dogmata cũcta ꝓbãt,
Abdita ſcrutantes ſemper miracula rerum,
Naturæ varias & parientis opes.
Primus ego hoc veterũ, certa ratione, Sophorũ,
Et quos dehinc ætas poſtera cunque tulit,
Hoc licet auditu ſiet & mirabile dictu,
De Nihilo falſum dogma docere queo.
Non aliquid tantùm, ſed multa & cõmoda ma-
Ex Nihilo, expertus, poſſe venire, ſcio: (gna,
I nunc, & Nihil ex Nihilo dic poſſe creari.
Ecce nihil genuit χρήματα, *farra, merum.*
I nunc, & verbis Nihil hoc illude ſuperbis.
Hic vno, quoduis vincitur Omne, Nihil.
Aurea placatis redierunt ſecula diuis,
Cui Nihil hoc donãt, huic dare cũcta volũt.

Primus ego hãc reperi, ſuperis mõſtrãtib', artẽ,
Qua Nihil exiguo cuncta labore ferat.
Nõ mihi fas Diuûm ſecretam exponere mentẽ,
Conceſſum hoc vni munus habere mihi.
Vt res geſta, breui referam, celabitur autor,
Ne tanta fiat vilior artis honos.
Ibam fortè vagas ſolus torrentis ad vndas,
Qui bifido pingueis flumine findit agros,
Hic vbi priſca lupi ſeruans & nomina montis
Deſpicit arx plani iugera culta ſoli,
Raraque diſiecti ſuperant veſtigia clauſtri,
Aurata & tremulis ludere gaudet aquis.
Sollicito varias voluebam pectore curas,
Optima deſperans, peſſima quaque timens,
Nec mihi tum praſtò fidus qui ferret amicus
Auxilium curis conſiliumue meis.
Morbus & anguſtis vrgens in rebus egeſtas,
Cura domus, patria triſtia fata mea,
Viginti exſuliũ quod durat, & amplius, annos,
Et grauis incerto vita trahenda loco,
Hæc veterẽ augebant mihi cuncta & ſingula luctũ,
Et repetita, noui cauſſa doloris erant,
O quoties imo traxi hæc ſuſpiria corde;
Hei mihi quàm ſterili vita labore fugit.
En cerdo, & quiuis quàm cultos poſſidet agros
Sutor, & herboſi iugera multa ſoli,

Quàm

Quàm grauidæ lætis redeunt de mõtibus agnæ,
Adſpice, dat quantas quantula vitis opes!
Aſt ego Grammaticos ſtultus voluensq́; poetas
Nil profecturis littora bubus aro.
Perde leueis, dixi, calamos, & proÿce libros,
Hæc ſi uilis acus vel dare marra poteſt,
Linque graueis tandem nugas & pulpita raræ,
Si ſapis, ingratæ & paupera regna ſcholæ.
Quid cũ rhetoribus tibi virginibusq́; nouenis?
Sunt iocus hæc tantùm difficilesq́; λόγοι.
Vix malè conducto latitas & paupere tecto,
Nec ſoli licet hoc incoluiſſe tibi.
Maxima pars domino, ignotoq́; ſecunda colono,
Hoſpitibus cedit tertia, quarta tibi.
Cum logicis Phyſici longúmque valete poetæ.
Subula plus ueſtris artibus vna poteſt.
Splendida res tituli veſtri, ſed ſplendida tantũ,
Et nihil eſt, præter nomen inane, ſcholæ.
Talia dum tacitis itero iuſtisq́; querelis,
Conſumens curis cor miſer ipſe meum,
Ecce leuis ſummo vicini vertice montis,
Hos mihi, vel ſimiles vox dare viſa ſonos,
Siue hominis vox illa fuit, ſeu fortè Dearum
Vnius, in ſiluis quæ loca ſacra colunt;
(Vox audita mihi tantùm, nõ viſa figura
Vllius, hac certum dicere parte vetat)

Quid fruſtra Muſas, nec noxia carmina culpas?
Quid iacis in ſurdas irrita verba Deas?
Nō ſolus, primusue, nec vltimus es. quod es. Om
Grāmaticus debet pauper & eſſe miſer. (nis
Sic ſtatuit, iuſta qui ponderat omnia lance,
Arbitrio cuius ſors ſua quemque manet.
Diues Grammaticus nūquam fuit atq; beatus,
Non eſt, non talem ſecla futura ferent.
Nec bene Grāmaticus felix & diues; Ego omni,
In noua, Mæcenas, Si Deus, Arma, docet.
Grammatici; Felix & Diues, limine ſemper
Exſulat. huic nimiæ ſunt graue pondus opes.
Diuitias fruſtra, qui pauper & eſt miſer, optat,.
Diuitibus tantùm nunc tribuuntur opes.
Tu quoq; pauper eris ſemper, quia paup. es. ergo
Mente, quod es, placida, ſi ſapis, eſſe velis.
Cetera tranquillo permittas pectore Diuis,
Sedulus iniunctæ munera ſortis agens.
Hi tibi ſufficient modica clementeque dextra,
Huius quam vita poſtulat vſus, opem,
Cum victu cultum, non turgeſcente crumena,
Et, nihil vt ſuperet, nil tibi deeſſe ſinent.
Vtque nouo poſsis, hæc ſic fore, diſcere ſigno,
Accipe mœroris pharmaca certa tui.
Cum Phœbo faciles dignantur Apolline Muſæ
Hoc te, quo nullum munere maius habent.

Auſo-

Auſoniis Nihil hoc, at Graijs dicitur ΟΥΔΕΝ,
Eſt pater huic ΟΥΔΕΙΣ, ΟΥΔΕΜΙΑ *eſt ge-*
nitrix,
Et patria VTOPIA *eſt toto procul orbe remota,*
Solus vbi regnum Maximus ΟΥΤΙΣ *habet,*
Per tumulos latè qui dat ſua iura volentes
ΜΗΔΕΝΑΣ, *atque ſuo* ΜΗΔΕΝ *in orbe*
timet.
Ne tamen eſſe nihil, Nihil hoc, niſi ſomnia, cre-
Naſcitur Vtopico hoc ſemẽ & herba ſolo, (das;
Aſpera cui facies, color ater, amarus & vrens
Eſt ſapor; at mira fertilitate valet,
Nã Nihil incultis vltro bene creſcit in hortis,
Abſque Nihil duro terra labore dedit.
Et tamen eſt gemmis ſimul & pretioſius auro,
Dulcius eſt melle, & purius igne Nihil.
Præſtanti melius vino Nihil, arida fauces
Cùm ſitis & durus macerat oſſa labor,
Et Nihil eſt oculis, Nihil huius lumine cœli,
Eſt nihil argutæ dulcius arte lyræ,
Et Nihil eſt pulchra melius caſtaq; puella,
Suauius eſt placitæ coniugis ore Nihil,
Et Nihil eſt melius turdo pinguique ferina,
Et melius ſomno eſt vtiliusq; Nihil,
Deniq;, cui Nihil eſt, felix mage cuncta tenente,
Nã dare, cui, quoties vult, Nihil ille poteſt;

Cui Nihil eſt, nihil ille poteſt amittere; tuta
Præſidio vnius, ſunt ſua cuncta, Nihil.
At qui cuncta tenet, ſi quod dare munus amico
Fortè velit, dare non eſt potis ille Nihil.
Et, qui cuncta tenet, perdit facili omnia caſu,
Cum gemitu cernens, omnia facta Nihil.

τοῖς οὖν ἀνθρώπων μόνοις ἐστ᾽ ἐν πράγμασιν ΟΥΔΕΝ
τῆς μεγάλης σπουδῆς ἄξιον ἠδὲ πόνου.
ΟΥΔΕΝ ΠΑΣ Ο ΒΙΟΣ, καὶ πάντα τὰ πράγματα θνητῶν.
ὅστις ἔχειν ἐθέλεις πάντα, τὸ ΟΥΔΕΝ ἔχε.
πάντα πέλει ΟΥΔΕΝ, ἢ ΟΥΔΕΝ τ᾽ ἀνθρώπινα πάντα.
πάντα ἔχων, ΟΥΔΕΝ, πάντ᾽ ἔχει, ΟΥΔΕΝ ἔχων,
πάντα ποιεῖν δύναται, καὶ νικᾷ πάντα τὸ ΟΥΔΕΝ.
ΟΥΔΕΝΟΣ ἐκ γὰρ πᾶν ἐστι τὸ γιγνόμενον.

Sed quia nõ cuiuis contingit adire Corinthum
Vtopicam, & pulcrõ rura beata Nihil,
En herbam Vtopicis natam tibi nuper in agris,
Quam cum flore ſimul ſemen habere vides.
Iſta tibi, mea ſi docilis præcepta ſequeris,
Producet ſubitò χρήματα, *farra, merum.*
Aſt vbi, cur, quando, qua ſit ratione ſerendum
Hoc Nihil, vt fructus proferat vſq; nouos,
Te præter, non fas homini cognoſcere cuiquam,
Te ſolum tanto munere Muſa beat.
Nec mihi fas artem verbis exprometre tãtam,
Quam docet hæc tectis parua tabella notis,

Nulli

Nulli audita priùs, nulli conſpecta tuorum,
Tu primus tanta & munera ſolus habe.
Fas tamē eſt alijs tecum hinc decerpere fructus;
Ars ipſa & ſoli traditur herba tibi.
Ergo vale, doctasq; caue culpare ſorores,
Quæ tibi dant larga munera tanta manu.
Dixerat, & notas ſubitò diſcedit in auras,
Siue hominis, ſeu vox numinis illa fuit.
Obſtupui primùm, flexo dehinc poplite, grates
Lætus ago Phœbo Pieridumq; choro.
Dicta fides ſequitur; triſti qui mente gemensq;
Exieram, læta fronte reuerto domum.
Iuſſa vbi perficiens, mihi mox (mirabile dictu)
Ferre Nihil vidi χρήματα, farra, merum.
Sic igitur multum Nihil eſt, hoc denique ſolo,
De Nihilo veterum dogmata victa iacent.

Ad eundem de eiuſdem NIHIL mira metamorphoſi.

Sole ſub hoc nulla Nihil eſt ex parte beatum.
QVid non loga dies, quid nō peruertit is anni?
Quod bona nuper erat, iam mala res Nihil eſt,
Nec *tantùm mala, ſed factum eſt quoque peſſima. namque*
Eſt vxore Nihil peius in orbe mala,

Intolerabilius Nihil eſt, quàm fœmina diues,
Non bene nummato cùm datur illa viro,
Sæuius inuiſis Nihil eſtque fuitque nouercis,
Cùm miſcent auida dira venena manu.
Paupertate Nihil grauius reperitur in orbe.
Diues vbique placet, pauper vbique iacet.
Aſperius Nihil eſt, Nihil eſtque ſuperbius, atque
Cùm miſer ingẽteis poſſidet Irus opes.
Stultius & miſeros Nihil infœlicius omneis
Inter mortaleis viuit amante ſene,
Et Nihil in terris ad Gangem à Gadibus vſque,
Laſciua & bibula turpius extat anu;
Vicinoque malo Nihil, atque minante ruinam
Et Nihil incerta peius vbique domo,
Aſpidis & Nihil eſt morſu lethalius ictu
Scorpij, & obliquo dente minãtis apri,
Et Nihil eſt rabidæ canis implacatius ira,
Cùm patulo dirum virus ab ore vomit,
Tigribus atq; lupis Nihil, & truculentius vrſis,
Quos auidi rabies improba ventris agit,
Sæuius eſt tritati Nihil vngue leonis,
Innocuas miſerè dilaniantis oues,
Porcorum impuris Nihil eſt impurius antris,
Obſcœno cùm ſe prouoluere luto,
Et Nihil eſt hominis vetere atq; cadauere putri
Fœdius adſpectu fœtidiusq; Nihil,

Tamque

Tamq; Nihil malè olẽs eſt, quàm fullonis auari
Cùm vetus in medio frangitur olla foro,
Eſt importuno clamore rudentis aſelli,
Et cuculi rauco durius ore Nihil,
Eſt & felle Nihil, Nihil eſt & amarius, atque
Ex myrrha potus mixtus & ex aloë,
Pruritu Nihil & ſcabie mordacius acri,
Quam malè purgato corpore ſanguis alit,
Et Nihil eſt tuſsi mage, pituitaque moleſtum,
Aſpera cùm rauco gutture verba cadunt,
Febre Nihil lentaque phthiſi, morboque caduco,
Triſtius eſt ſaua peſte fameq; Nihil,
Surdis & mutis, claudis & lumine caſsis
Flebilius Nihil eſt, debiliusq; nihil,
Chiragra Nihil eſt crudelius atque podagra,
Cùm miſero torquent lãguida membra toro,
Omnibus in terris, ingrata crimine mentis
Deteſtabilius deteriusq; Nihil,
Fœdius ebrietate Nihilque nocentius, omnes
Qua pereunt vires ingeniȷque vigor,
Et mage ridiculum Nihil eſt, atq; ebrius, vſum
Qui nullum linguæ, nec rationis habet,
In vita Nihil eſt mendace odioſius ore,
Ex rixis pugnas quod ciet atque necem,
Et penetrabilius Nihil eſt, quàm frigus adurẽs,
Cùm riget Arctoo terra ſubacta gelu,

Et Nihil eſt grauido peiori exitialius æſtu,
Cùm grauis arenteis Sirius vrit agros,
Triſtius obſcura Nihil eſt quoque nocte, viator
Quando ignota ſibi per loca carpit iter,
Fætenti Nihil eſt & carcere tetrius, in quo
Vincta gerit dura compede membra reus,
Vanius & leuius Nihil eſt, quàm ſomnia, mēteis
Quæ pauidas hominum falſa timere iubent,
Et Nihil eſt Ponto, Nihil eſt immitius igne,
Cùm vento vireis ſumit vterq; nouas,
Et Nihil eſt cella peius, vacuaque crumena;
Hinc maleſuada fames prouenit atque ſitis,
Horridiùs bello Nihil & certamine Martis,
Lex & vbi nullum Pax habet alma locum,
Quid multis? Morte eſt Nihil inclemētius ipſa,
Quæ ſurda cunctas reſpuit aure preces,
Implacabilius Nihil atri limine Ditis,
Vnde poteſt fixum nemo referre pedem.
Sic, modò quo fuerat melius nihil, ordine ver-
Triſtius eſt cunctis deteriuſque Nihil. (ſo,
Vſque adeò conſtans nihil hoc ſub ſole, leuique
Omnia momento, quæ viguere, iacent.
Sic patet, ex aliquo nihilum malè ſæpe parari,
Sic aliquid, nihil eſt, & nihil eſt aliquid,
Sic, vice mutata, veterum ſtant ſarta Sophorū,
Stantque Stagiritæ dogmata tecta ſinus.

Qui ſapit, is dirum miſeris mortalibus omen,
Hoc, cane deuitat peius & angue, Nihil.
At ſolus reliquos inter ſtultiſſimus omneis
Grāmaticus triſte hoc pergit habere Nihil,
Coniugat infelix, Nihil haut declinat, & ipſe
Perpetuò, nota peccat in arte miſer.
Nam benè Grāmatici declinant omnia: ſolum
Declinare Nihil Grammatici nequeunt.
At tu, de Nihil, hæc nihili cui metra remitto,
Viue, vale, & cautus perge timere Nihil,
Atque tuis reduci, Chriſto duce fretus, adeſſe
Magnanimo precibus conſilijsq; Duci.

NEAPOLI NEMETVM FAcieb. menſe Octobri, 1583.

Cerne Nihil, cerni dices Nihil abſque colore,
Surdũ audit, loquiturq; Nihil ſine voce, volatq;
Abſq; ope pẽnarũ, & graditur ſine cruribus vl-
Abſq; loco motuq; Nihil per inane vagatur. (lis,
Humano generi vtilius Nihil arte medẽdi. (tet
Nec Rhombos igitur, nec Theſſala murmura tẽ
Idalia vacuum traiectus arundine pectus,
Neu legat Idæo Dictaum in vertice gramen;
Vulneribus ſæui Nihil auxiliatur amoris.
Venerit & quamuis trans mœſtas portitor vn-
das,
Ad ſuperos imò Nihil hunc reuocabit ab Orco.
Inferni Nihil inflectit præcordia Regis,
Parcarumque colos, & inexorabile penſum.
Obruta Phlegræis pubes Titania campis
Fulmineo ſenſit Nihil eſſe potentius ictu.
Porrigitur magni Nihil extra mœnia mundi,
Dÿque Nihil metuunt. Quid longo carmine
plura
Cõmemorem? virtute Nihil præſtantius ipſa,
Splendidius Nihil eſt, Nihil eſt Ioue deniq; ma-
ius.
Sed tempus finem argutis imponere nugis,
Ne tibi, ſi multa laudem mea munera charta,
De Nihilo, nihili pariant faſtidia verſus.

IN NIHIL I. PASS.

PAce mihi liceat ſapientes dicere veſtra,
Qui factum ex nihilo dicitis eſſe nihil;
En qui vos verbis, qui vos ratione refellat,
Et quiddã eſſe probet, quod fuit ante nihil.
Quiddam, inquã, ex Nihilo faciat, quo credere quidquam
Grandius, aut etiam fingere velle, nefas.
Immo, quod mirum magis eſt, qui miſceat vnà
Sic alicui Nihilum, ſic aliquid Nihilo,
Vt confirmet idem ſimul eſſe aliquidq́; Nihilq́;,
Et neutrũ eſſe probet, quod ſit vtrunq́; tamẽ.
Mirus homo Nihil eſt, aliquid ponensq́; negãsq́;,
Quodq́; negat ſtatuẽs, quod ſtatuitq́;, negãs.

V. B. T.

ANTIDORA

IN VETVS ATQVE NOVVM NIHIL omnibus omnia donans, ad DANIELEM TOSSANVM, dono mittentem

I. PASS. NIHIL:

Sole ſub hoc ſolum Nihil omni parte beatum.

Aurea

Aurea nunc rediјt miſeris mortalibus ætas.
Vnum namque Nihil qui tenet, omne tenet.
Eſte procul curæ, duri procul eſte labores.
Vnica iam cunctos vocula parua beat.
Diues eris, doctuſque vno Nihil atque beatus.
En tibi res, quantas quantula ſpondet opes!
Ergo Nihil cupias, vereare Nihil, tibi curas
Sit reliquas inter maxima, noſſe Nihil.
Nec procul ignoto venit hoc Nihil orbe petēdū,
Suppeditat quauis hora locuſq; Nihil.
Mirus ab integro ſeclorum naſcitur ordo, (hil.
Quod fuerat Nihil, eſt omne; quod omne, Ni
Aſt ego, q tāti es mihi muneris autor & auctor,
Pro, quo me ditas, munere, reddo Nihil.
Sic tua ſunt noſtris æqualia munera donis.
Nil mihi cùm mittas, accipis ergo Nihil.
Pace tua verum liceat mihi dicere, reddo
Plus tibi, q̄ mittis; Nil tria; quinque Nihil.
Nam Nihil eſt melius cella plenaque crumena,
Et certa melius commodiuſque domo.
Cui Nihil eſt, cellā & plenam tenet ille crumenā;
Pulcram, cui Nihil eſt, incolit ille domum.
Denique cui Nihil eſt, pleno tenet omnia cornu.
Vt teneas igitur cūcta, remitto Nihil.
Si ſapis, auſcultans pleno Nihil omnibus ore
Laudantem, vt teneas omnia, quære Nihil,

De

De Nihilo factum tenuis lege carmen amici,
Cui fandi & dandi copia ſumma Nihil.

Ad eundem de eiuſdem Nihil noua efficacia.

EX Nihilo ſemper certo Nihil ordine factum,
Hæc ex quo mundi machina vaſta ſtetit,
Nec poſſe ex Nihilo quemq̃ producere quidquã,
Hoc mundi donec grande manebit opus,
Dicunt & ſcribunt vno concorditer ore,
Quotquot Ariſtotelis dogmata cũcta pbãt,
Abdita ſcrutantes ſemper miracula rerum,
Natura varias & parientis opes.
Primus ego hoc veterũ, certa ratione, Sophorũ,
Et quos dehinc ætas poſtera cunque tulit,
Hoc licet auditu ſiet & mirabile dictu,
De Nihilo falſum dogma docere queo.
Non *aliquid tantùm ſed multa & cõmoda magna*
Ex Nihilo, *expertus, poſſe venire, ſcio:*
I nunc, & Nihil *ex* Nihilo *dic poſſe creari.*
Ecce nihil genuit χρήματα, *farra, merum.*
I nunc, & verbis Nihil *hoc illude ſuperbis.*
Hic vno, quo duis vincitur Omne, Nihil.
Aurea placatis redierunt ſecula diuis,
Cui Nihil *hoc donãt, huic dare cũcta volũt.*

Primus ego hāc reperi, ſuperis mōſtrātib', artē,
Qua Nihil exiguo cuncta labore ferat.
Nō mihi fas Diuûm ſecretam exponere mentē,
Conceſſum hoc vni munus habere mihi.
Vt res geſta, breui referam, celabitur autor,
Ne tanta fiat vilior artis honos.
Ibam fortè vagas ſolus torrentis ad vndas,
Qui biſido pingueis flumine findit agros,
Hic vbi priſca lupi ſeruans & nomina montis
Deſpicit arx plani iugera culta ſoli,
Raraque disiecti ſuperant veſtigia clauſtri,
Aurata & tremulis ludere gaudet aquis.
Sollicito varias voluebam pectore curas,
Optima deſperans, peſſima quaque timens,
Nec mihi tum praſtò fidus qui ferret amicus
Auxilium curis conſiliumue meis.
Morbus & anguſtis vrgens in rebus egeſtas,
Cura domus, patria triſtia fata mea,
Viginti exſuliū quod durat, & amplius, annos,
Et grauis incerto vita trahenda loco,
Hæc veterē augebant mihi cuncta & ſingula luctū,
Et repetita, noui cauſſa doloris erant.
O quoties imo traxi hæc ſuſpiria corde;
Hei mihi quàm ſterili vita labore fugit.
En cerdo, & quiuis quàm cultos poſſidet agros
Sutor, & herboſi iugera multa ſoli,

Quàm

Quàm grauidæ lætis redeunt de mõtibus agnæ,
Adſpice, dat quantas quantula vitis opes!
Aſt ego Grammaticos ſtultus voluensq́, poetas
Nil profecturis littora bubus aro.
Perde leueis, dixi, calamos, & proÿce libros,
Hæc ſi uilis acus vel dare marra poteſt,
Linque graueis tandem nugas & pulpita rara,
Si ſapis, ingrata & paupera regna ſchola.
Quid cũ rhetoribus tibi virginibusq́, nouenis?
Sunt iocus hæc tantùm difficilesq́, λόγοι.
Vix malè conducto latitas & paupere tecto,
Nec ſoli licet hoc incoluiſſe tibi.
Maxima pars domino, ignotoq́, ſecunda colono,
Hoſpitibus cedit tertia, quarta tibi.
Cum logicis Phyſici longúmque valete poetæ.
Subula plus ueſtris artibus vna poteſt.
Splendida res tituli veſtri, ſed ſplendida tantũ,
Et nihil eſt, præter nomen inane, ſchola.
Talia dum tacitis itero iuſtisq́, querelis,
Conſumens curis cor miſer ipſe meum,
Ecce leuis ſummo vicini vertice montis,
Hos mihi, vel ſimiles vox dare viſa ſonos;
Siue hominis vox illa fuit, ſeu fortè Dearum
Vnius, in ſiluis quæ loca ſacra colunt;
(Vox audita mihi tantùm, nõ viſa figura
Vllius, hac certum dicere parte vetat)

Quid fruſtra Muſas, nec noxia carmina culpas?
Quid iacis in ſurdas irrita verba Deas?
Nō ſolus, primus ue, nec vltimus es quod es. Om
Grāmaticus debet pauper & eſſe miſer. (nis
Sic ſtatuit, iuſta qui ponderat omnia lance,
Arbitrio cuius ſors ſua quemque manet.
Diues Grammaticus nūquam fuit atq; beatus,
Non eſt, non talem ſecla futura ferent.
Nec bene Grāmaticus felix & diues, Ego omni,
In noua, Mæcenas, Si Deus, Arma, docet.
Grammatici, Felix & Diues, limine ſemper
Exſulat. huic nimiæ ſunt graue pondus opes.
Diuitias fruſtra, qui pauper & eſt miſer, optat,
Diuitibus tantùm nunc tribuuntur opes.
Tu quoq; pauper eris ſemper, quia paup es. ergo
Mente, quod es, placida, ſi ſapis, eſſe velis.
Cetera tranquillo permittas pectore Diuis,
Sedulus iniunctæ munera ſortis agens.
Hi tibi ſufficient modica clementeque dextra,
Huius quam vita poſtulat vſus, opem,
Cum victu cultum, non turgeſcente crumena,
Et, nihil vt ſuperet, nil tibi deeſſe ſinent.
Vtque nouo poſſis, hæc ſic fore, diſcere ſigno,
Accipe mœroris pharmaca certa tui.
Cum Phœbo faciles dignantur Apolline Muſæ
Hoc te, quo nullum munere maius habent.

Auſo-

Auſonius Nihil hoc, at Graijs dicitur ΟΥΔΕΝ,
Eſt pater huic ΟΥΔΕΙΣ, ΟΥΔΕΜΙΑ *eſt genitrix,*
Et patria VTOPIA eſt toto procul orbe remota,
Solus vbi regnum Maximus ΟΥΤΙΣ *habet,*
Per populos latè qui dat ſua iura volentes
ΜΗΔΕΝΑΣ, *atque ſuo* ΜΗΔΕΝ *in orbe timet.*
Ne tamen eſſe nihil, Nihil hoc, niſi ſomnia, credas;
Naſcitur Vtopico hoc ſemẽ & herba ſolo,
Aſpera cui facies, color ater, amarus & vrens
Eſt ſapor; at mira fertilitate valet,
Nã Nihil incultis vltro bene creſcit in hortis,
Abſque Nihil duro terra labore dedit.
Et tamen eſt gemmis ſimul & pretioſius auro,
Dulcius eſt melle, & purius igne Nihil.
Præſtanti melius vino Nihil, arida fauces
Cùm ſitis & durus macerat oſſa labor,
Et Nihil eſt oculis, Nihil huius lumine cœli,
Eſt nihil arguta dulcius arte lyræ,
Et Nihil eſt pulchra melius caſtâq; puella,
Suauius eſt placitæ coniugis ore Nihil,
Et Nihil eſt melius turdo pinguique ferina,
Et melius ſomno eſt vtiliusq; Nihil,
Deniq; cui Nihil eſt, felix mage cuncta tenente,
Nã dare, cui, quoties vult, Nihil ille poteſt,

Cui Nihil eſt, nihil ille poteſt amittere: tuta
Præſidio vnius, ſunt ſua cuncta, Nihil.
At qui cuncta tenet, ſi quod dare munus amico
Fortè velit, dare non eſt potis ille Nihil.
Et, qui cuncta tenet, perdit facili omnia caſu,
Cum gemitu cernens, omnia facta Nihil.

τοῖς οὖν ἀνθρώπων μόνοι ἐστ' ἐν πράγμασιν ΟΥΔΕΝ
τῆς μεγάλης σπουδῆς ἄξιον ἠδὲ πόνου.
ΟΥΔΕΝ ΠΑΣ Ο ΒΙΟΣ, καὶ πάντα τὰ πράγματα θνητῶν.
ὅστις ἔχειν ἐθέλεις πάντα, τὸ ΟΥΔΕΝ ἔχε.
πάντα πέλει ΟΥΔΕΝ, καὶ ΟΥΔΕΝ τ' ἀνθρώπινα πάντα.
πάντα ἔχων, ΟΥΔΕΝ, πάντ' ἔχει, ΟΥΔΕΝ ἔχων.
πάντα ποιεῖν δύναται, καὶ νικᾶν πάντα τὸ ΟΥΔΕΝ.
ΟΥΔΕΝΟΣ ἐκ γὰρ πᾶν ἐστι τὸ γεγνόμενον.

Sed quia nō cuiuis contingit adire Corinthum
Vtopicam, & pulcrò rura beata Nihil,
En herbam Vtopicis natam tibi nuper in agris,
Quam cum flore ſimul ſemen habere vides.
Iſta tibi, mea ſi docilis præcepta ſequeris,
Producet ſubitò χρήματα, *farra, merum.*
Aſt vbi, cur, quando, qua ſit ratione ſerendum
Hoc Nihil, vt fructus proferat vſq; nouos,
Te præter, non fas homini cognoſcere cuiquam,
Te ſolum tanto munere Muſa beat.
Nec mihi fas artem verbis exprome re tātam,
Quam docet hac tectis parua tabella notis,

Nulli

Nulli audita priùs, nulli conſpecta tuorum,
Tu primus tanta & munera ſolus habe.
Fas tamē eſt alijs tecum hinc decerpere fructus;
Ars ipſa & ſoli traditur herba tibi.
Ergo vale, doctasq; caue culpare ſorores,
Quæ tibi dant larga munera tanta manu.
Dixerat, & notas ſubitò diſcedit in auras,
Siue hominis, ſeu vox numinis illa fuit.
Obſtupui primùm, flexo dehinc poplite, grates
Lætus ago Phœbo Pieridumq; choro.
Dicta fides ſequitur; triſti qui mente gemensq;
Exieram, læta fronte reuerto domum.
Iuſſa vbi perficiens, mihi mox (mirabile dictu)
Ferre Nihil vidi χρήματα, farra, merum.
Sic igitur multum Nihil eſt, hoc denique ſolo,
De Nihilo veterum dogmata victa iacent.

Ad eundem de eiuſdem NIHIL mira metamorphoſi.

Sole ſub hoc nulla Nihil eſt ex parte beatum.

QVid non loga dies, quid nō peruertit is anni?
Quod bona nuper erat, iam mala res Nihil eſt,
Nec tantùm mala, ſed factum eſt quoque peſſima. namque
Eſt vxore Nihil peius in orbe mala,

Intolerabilius Nihil eſt, quàm fœmina diues,
Non bene nummato cùm datur illa viro,
Sæuius inuiſis Nihil eſtque fuitque nouercis,
Cùm miſcent auida dira venena manu.
Paupertate Nihil grauius reperitur in orbe.
Diues vbique placet, pauper vbique tacet.
Aſperius Nihil eſt, Nihil eſtque ſuperbius, atque
Cùm miſer ingẽteis poſſidet Irus opes.
Stultius & miſeros Nihil infœlicius omneis
Inter mortaleis viuit amante ſene,
Et Nihil in terris ad Gangem à Gadibus vſque,
Laſciua & bibula turpius extat anu;
Vicinoque malo Nihil, atque minante ruinam
Et Nihil incerta peius vbique domo,
Aſpidis & Nihil eſt morſu lethalius ictu
Scorpij, & obliquo dente minãtis apri,
Et Nihil eſt rabidæ canis implacatius ira,
Cùm patulo dirum virus ab ore vomit,
Tigribus atq; lupis Nihil, & truculentius vrſis,
Quos auidi rabies improba ventris agit,
Sæuius eſt iritati Nihil vngue leonis,
Innocuas miſerè dilaniantis oues,
Porcorum impuris Nihil eſt impurius antris,
Obſcœno cùm ſe prouoluere luto,
Et Nihil eſt hominis vetere atq; cadauere putri
Fœdius adſpectu fœtidiusq; Nihil,

Tamque

Tamq; Nihil malè olēs eſt.quàm fullonis auari
Cùm vetus in medio frangitur olla foro,
Eſt importuno clamore rudentis aſelli,
Et cuculi rauco durius ore Nihil,
Eſt & felle Nihil, Nihil eſt & amarius, atque
Ex myrrha potus mixtus & ex aloë,
Pruritu Nihil & ſcabie mordacius acri,
Quam malè purgato corpore ſanguis alit,
Et Nihil eſt tuſsi mage, pituitaque moleſtum,
Aſpera cùm rauco gutture verba cadunt,
Febre Nihil lentaque phthiſi, morboque caduco,
Triſtius eſt ſaua peſte fameq; Nihil,
Surdis & mutis, claudis & lumine caßis
Flebilius Nihil eſt, debiliusq; nihil,
Chiragra Nihil eſt crudelius atque podagra,
Cùm miſero torquent lãguida membra toro,
Omnibus in terris, ingrata crimine mentis
Deteſtabilius deteriusq; Nihil,
Fœdius ebrietate Nihilque nocentius, omnes
Qua pereunt vires ingenijque vigor,
Et mage ridiculum Nihil eſt, atq; ebrius, vſum
Qui nullum linguæ, nec rationis habet,
In vita Nihil eſt mendace odioſius ore,
Ex rixis pugnas quod ciet atque necem,
Et penetrabilius Nihil eſt, quàm frigus adurēs,
Cùm riget Arctoo terra ſubacta gelu,

Qui ſapit, is dirum miſeris mortalibus omen,
Hoc, cane deuitat peius & angue, Nihil.
At ſolus reliquos inter ſtultiſſimus omneis
Grāmaticus triſte hoc pergit habere Nihil,
Coniugat infelix, Nihil haut declinat, & ipſe
Perpetuò, nota peccat in arte miſer.
Nam bene Grāmatici declinant omnia: ſolum
Declinare Nihil Grammatici nequeunt.
At tu, de Nihil, hæc nihili cui metra remitto,
Viue, vale, & cautus perge timere Nihil,
Atque tuis reduci, Chriſto duce fretus, adeſſe
Magnanimo precibus conſiliiſq; Duci.

NEAPOLI NEMETVM FA-
cieb. menſe Octobri, 1583.

IN GIGANTOMACHIAM EILARDI AB Alma, Friſij.

INſtabileis iuuenum curas & pectoris æſtus
Haud nihil eſt elego ludere poſſe breui;
Amplius eſt puris librum concludere Iambis,
In qua, DOVZA, nouus Roſcius arte cluit,
Quem laudat præſens, quē poſtera diliget ætas;
Ingenij id meruit dexteritate ſui;
Cū Ioue pugnantum ſed pangere bella Gigātum,
Verſibus Herois, maius vtroque reor.
Conſtat, idem multos veteres tentaſſe Poetas,
Sed bene ſuſceptum nemo peregit opus.
Noſtra nouum fauſto genuerunt ſidere vatem
Secula, Friſiaci ſpemque decuſq; ſoli,
Cui docta ingenium cū Pallade Phœbus Apollo,
Grandiaq; Aonides metra dedere Deæ,
Quis fretus, cœli minitātum vincula fratrum
Anguipedum, docto carmine bella canit.
Ergo macte noua virtute Eilarde, Gigantes
Hi ſtabunt, dum ſtant pontus & aſtra, tui.
Conuenitēs equidem es nomen ſortitus ab Alma,
Nam vates almum perficis almus opus.

Eitelbergæ, IV. eid. Mart. anno
cIↃ.IↃ. XIVC.

In Ariſtophanem factum ex Græco Latinum a NICODEMO FRIſchlino.

Eupolis atq́; Cratinus, Ariſtophaneſq́; poetæ,
Vt Venuſinæ acri carmine Flaccecanis,
Si qs erat dignus deſcribi quòd malus, aut fur,
Quòd mœchus, mendax, helluo, latro foret,
Sæpe palàm multa cum libertate notarunt,
Seu vir, ſiue eſſet fœmina, diues, inops;
Patricius, ſeu quis de plebe ignobilis ima,
Artibus excultus, ſeu foret arte rudis.
Eupolidis pridem periere & ſcripta Cratini.
Seruatus Diuûm eſt munere Ariſtophanes.
Socratis experta eſt quondam ſapientia, q̃ ſint
Huius mordaci dramata facta metro.
Exceſsit, fateor, fineis medicina modumque,
Et iuſſus ſcena eſt cedere Ariſtophanes.
Salua tamen Graiæ virtus & gratia linguæ
Perſtitit, hæc tibi laus p̄pria, Ariſtophanes,
Qui verè Graio ciuis eſq́; Terentius ore,
Muſa licet mordax & tua ſalſa ſiet.
Qui dulci meruit nomen Chryſoſtomus ore,
Et Conſtantini Præſul in vrbe fuit,
Aſsiduo legit ſtudio, lectumque relegit,
Argolici mirans verba polita ſoni,

Nocturnaque parans ſeſe recreare quiete,
Te capiti fertur ſuppoſuiſſe ſuo.
Antiquum clauſit quõdam tibi leſa theatrum
Artibus vrbs toto nobilis orbe bonis,
Virginis armigeræ de nomine nomen Athenæ
Nacta, nouem ſedes Aonidumque decus.
Aſt poſt multa tibi, caſum indignatus amici,
Secula, Theſpiadum gloria magna lacus,
FRISCHLINVS, populi laudato nomine victor,
En Latio reddit plena theatra foro,
Strenuus Argolico, vertẽs, tibi condita iambo,
Romano ſimili dramata culta pede.
Ne metue offenſas ſcena ſecurus Athenas,
Iam tibi FRISCHLINI, Roma labore fauet.
Quiſquis amas Graios, Latios quicunque lepores,
FRISCHLINI fruere hoc gratus Ariſtophane,

IV.eid,Maias, cIↃ.IↃ.xivc.

ELEGIA AD CLARISS. VIrum D. SEBASTIANVM BLOSSIVM, Philoſophiæ & Medicinæ Doctorem, Phyſicæque Ariſtoteleæ in Academia Eitelbergenſi Profeſſorem, & collegij in eadem Philoſophici Decurionem, collegam & amicũ, Eitelberga VIniam abitum parantem.

SIccine ſolius, BLOSSI doctiſſime & olim
Magna Machaonÿ fama future chori,
Nulla tuos potuit ſenſus inflectere nympha,
Panoria Nicrus quà rigat arua ſchola,
Vt Pallatini nobiſcum clara Lycei
Excoleres Muſis pulpita, vt antè, tuis?
Siccine Neccarides nymphæ deſueſcitis ad vos
Allicere Aonÿs corda dicata iugis?
Quò veſtræ ceſſere artes; quò blandula vultus
Gratia, quo roſeis dulcia verba genis?
Corpore præſtantem pulcro, iuuenilibus annis
Florentem, veris ingenÿq; bonis,
Doctoris clarum titulo, feliciter herbas
Tractantem medicas, ſcriptaque Ariſtotelis,
Quæ rerum varias inquirunt ſedula cauſſas,
Et ſtabiles ortus interitusq; vices,

Nullane cõpedibus potuit conſtringere blandis,
Et docta gratas iniĳcere arte moras?
Sic ego, ſecreta ſolus dum valle quieſco,
Mollia de viridi gramine ſerta parans,
Curtaque perpendo formoſi tempora veris,
Tellurisq; nouas omniparentis opes,
Et relego gelida vatem ſecurus in umbra,
Qui canit in formas corpora verſa nouas.
Sic contrà, Aonidum mox vna repentè Dearũ,
Siue hæc Vranie, ſiue Thalia fuit;
(Vtra eſſet, nequĳ certis cognoſcere ſignis;
Vox audita mihi, non Dea viſa fuit.)
Cur ita Panorias grauiter, Pithopœe, puellas
Incuſas? nihil hæ commeruere mali.
Neccarides nondum deſueſcunt allicere ad ſe
Aonĳs nymphæ corda dicata iugis;
Non harum ceſſere artes, non blandula vultus
Gratia, non roſeis dulcia verba genis.
Per ſena expertus tu luſtra hoc ſæpe fateris,
Et probat aſſenſu Bloſſius ipſe ſuo.
Nec ferus eſt adeò, non vt miteſcere poſſit
Virginei vultu colloquĳsq; chori.
Panorio paruo, magna cur præferat vrbis
Mœnia, quà Sueuo cernitur Vlma ſolo,
Vlmi viris opibusq; potens atque vbere gleba,
Ipſo te, vera hæc, iudice, cauſſa ſubeſt.

Scis,

Scis, natale ſolum quanta dulcedine cunctos
Ducat, & immemores non ſinat eſſe ſui.
Dicit idem natale ſolum dulcedine mira,
Nec ſinit immemorem Bloßion eſſe ſui.
Bloßion, hic nihil eſt, cur iure reprendere poßis,
Tu quoque quod faceres, ſi prior ille facit.
Namq; Daueturij veteres patrioſq; penates,
Iſela quos latis munit & ornat aquis,
Iſela prædiues Reni cornuq; Boreum,
Weſtualici Heſperius Iſela limes agri,
Haud equidem tot poſt annos inuitus adires,
Præferreſque Nicro Panoriaq; ſcholæ,
Si te fata tuo paterentur viuere voto,
Atq; tuas curas ponere ſponte tuas.
Hæc vna eſt, Nicro, ſed & altera cauſſa, relicto,
Cur paret ad patrios, cauſſa, redire lares.
Quot cælum ſtellas, verno quot tempore flores
Campus habet, piſces quot mare, ſilua feras,
Sueuia tot claras & nobilis Vlma puellas
Diuitijs, forma, moribus, arte, fouet.
Harum, cùm nuper patrios inuiſeret agros
Bloßius, ingenuo captus amore redit.
Cùm longũ, hũc etenim reducẽ poſt tẽpus amico
Sueua ſalutaſſet fortè puella ſono,
Mox ſecum, grato vultum ſuffuſa rubore,
Blandaq; virginei ſigna pudoris habens,

Hunccine tam facie iuuenem mēbriſq; decorū,
Et tantis clarum dotibus ingenij,
Panorias, magna celebres licet arte puellas
Virginibus Sueuis præripuiſſ ſinam?
Non ita; ſed blāda eſt noſtra quoq; gratia formæ,
Et mea, quod meritò, Sueuia, ametur, habet.
Hic etiam doctis locus eſt & gratia Muſis,
Virtutiſq; ſuus durat & artis honos.
Ergo tuum poſthac Bloſsi obliuiſcere Nicrum,
Grataque de noſtro pocula fonte bibe.
Magnus Ariſtoteles, docti iam ſcripta Platonis,
Iam valeant Phyſicæ pulpita dura ſcholæ.
Huc properans medicam tracta feliciter artem,
Hacque tibi magnum nomen opeſque para.
Panoriā lauda, at Sueuam tibi iungito nymphā.
Virginibus Sueuis gratia maior ineſt.
Huc te fata vocant; ducant te fata volentem.
Debetur thalamo Sueua puella tuo.
Vota fides ſequitur; cæcum mox pectore vulnus
Concipit, & patrio Bloſsius igne calet.
Panorijs Sueuas præfert iam ſponte puellas,
Exſerit & vireis patria terra ſuas.
Sic nympha nymphis, & amor mutatur amore,
Sic modò, quæ nuper diſplicuere, placent.
Rebus in humanis non eſt durabile quidquam,
Nec ſtabili præſens permanet hora fide.

Sic ait,

Sic ait, & tenueis ſubitò diſceſſit in auras,
Siue hæc Vranie, ſiue Thalia fuit.
Aſt ego ſecreta tacitus de valle reuiſo
Et feſſus tecti limina nota mei,
Perque viam, cæli ſpectansq; palatia terræ,
Ad ſummum facio talia vota Deum;
Quando nulla tuos, Bloſſi doctiſſime, ſenſus
Panorij potuit flectere nympha chori,
Vt Pallatini poſthac quoque clara Lycei
Excoleres ſtudio pulpita, vt antè, tuo,
Quod mihi nũc vnum collega & reſtat amico,
Hæc cape pro cœptis vota preceſque tuis;
Qui mare, qui terras, qui nutu ſidera flectit,
Curriculum vitæ proſperet omne tuæ.
Quò tua te virtus, Bloſſi, vocat, i pede fauſto,
Floret vbi Sueuo nobilis Vlma ſolo,
Atq; meî, vt cari, retinens conſtanter amorem
Collega, ſtudijs fauſta precare meis.
Te quoties coram, Pitbopæi mentio fiet,
Et meus hic ſocius, dicito, nuper erat,
Sic medicas ſemper tractes induſtrius herbas,
Felicique pares pharmaca cuncta manu,
Sit citò complexu nymphæ potiare pudicæ,
Sic petat amplexus virgo pudica tuos,
Sic, qui te talem cari genuere parentes,
Lætaq; ſint reditu tecta paterna tuo,

Sic, Sueuæs inter quæ fulget, vt Heſperus, vrbes,
Sana ſit officio nobilis Vlma tuo,
Sic opibus præſtanſque viris & fortibus armis
Gaudeat aduentu Sueuia tota tuo.
Viue, vale, & Bloßi doctiſsime, tempora ſemper
Panoriæ gratus lætæ precare ſcholæ.

Eid. Maiis, anno à nato Chriſto
CIↃ. IↃ XIVC.

PARAPHRASIS DICTI PAVLlini ad Philippenſes cap. 1. v 23.

τὴν ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν
χριστῷ εἶναι.

V*Ixi natura, & voto ſ..u; alterius me*
Iam deſiderium vitæ tenet, & piget huius
Amplius impuro iactari turbine mundi,
Tantùm vbi peccatū, & morbi, & genus omne malorum
Regnat & excußis latè dominatur habenis.
Ergo age, qui miſero vitam mihi morte paraſti
Chriſte tua, & iuſtam cæleſtis iudicis iram
Sanguine placaſti proprio, quem flumine largo
In cruce fudiſti pro me, proque omnibus ante
Secula cuncta tibi donatis à Patre, clemens
Tu peccata mihi mea cuncta & tetra remitte,

Et va-

Et variis mentem curis, artusq; dolore
Iam fractũ, hoc triſti peccati & carcere mortis
Ereptum tandem cæli me transfer in aulam,
Tantùm vbi iuſtitia, & vita, & genus omne bonorum
Regnat, & omne ſimul tecum regnabit in æuũ.
Huius, Chriſte tuo ſolius ſanguine, ſcriptum
Me gratis regni heredem, cœtumque piorum
Hoc tibi ſelectum de mundo, πληροφορηθεὶς
Spe veraque fide, licet vtraque debilis & ſit
Languida, diſſolui cupio, terriſque relictis,
Et vanis hominum curis, citò viuere tecum,
Et ſemper felix. Exaudi Chriſte precantem,
Exaudi, & faciès, ſcio, nec promiſſio fallet
Vnquam me tua, nec veracis gratia verbi.
Hoc igitur fretus, tranquilla mente ſupremam
Exſpectans horam, & fixa mihi tempora vitæ,
Quidquid me facere, & quidquid me ferre iubebis,
Quod potero, faciam, dum ſpiro, Chriſte, feramque.

Nonis Ianuar. anno 1585,
in morbo.

EPITAPHIVM NICOLAI à SEIIDLITZ, Sileſij, iuuenis præſtantiſſimi, & amici cariſſimi.

Robur, forma, genus, pietas, induſtria, cādor,
Doctrina, ingenij iudiciique vigor
Si cuiquam multos vitam ſeruare per annos,
Et rigidæ poſſent claudere mortis iter;
Auſa tibi nunquam, Seijdlitz Leonice, fuiſſet
Inijcere immiteis Parca ſeuera manus.
Eheu nunc ipſo rapiens te flore iuuentæ,
Mors docet imperio cuncta ſubeſſe ſuo.
Sed tuus in cælo, cum Christo viuit ouatque
Spiritus; hoc recubant molliter oſſa ſolo.

Neapoli Nemetum facieb. X VII. Kalend. Maias. clↄ. Iↄ. xxciii.

Obiit Wittebergæ, 15. Septembris, anno 1582. ætatis ſuæ 30. cùm illac iter Baſileam ex patria iterum ſuſcepiſſet.

EPITAPHIVM NOBILIS ET eruditæ pietatis ſtudioſi adoleſcentis ANDREAE BORKOVII POLONI.

Hic procul à patria cariſq; parentibus, aui
In viridis primo flore cadens iaceo,

Cui

Cui pater ANDREAS, ANDREAE nobile no-
Cū lauor in ſacro paruulus amne, dedit, (mē,
Scilicet, vt tenero docilis meditarer ab vngue,
Fortia maiorum facta decuſque ſequi,
Et bona, me talem fore, ſpes affulſerat, atras
Mors iniecisset ni properata manus,
Et vix vndenos mihi nato & quattuor annos,
Vita abrupiſſet dulcia fila mea. (pis,
BORKOVIAE antiquo cretus ſum ſanguine ſtir
KOTTES QVAE genitrix ſtirpis alūna fuit;
Conſilio pollenſque viris & fortibus armis,
Dat natale mihi terra Polona ſolum,
Hic ego carorum ſtudio curaq; parentum, (la;
Clara LEVVARTOVIAE ſtāt vbi tecta ſcho.
Nobilis hinc toto quà VRATISLAVIA mundo,
Pierio ſedes præbet & ipſa choro;
Celſa PALATINI tandem quà Principis aula
Ad vitreas Nicri lenè fluentis aquas
Viſitur, & totum latè celebrata per orbem,
Aonides clemens ſeruat alitq; Deas,
Ingenuas didici ſanctis cum moribus artes,
Impiger iniūcta munera ſortis agens.
Vſque meis ſtudui, quò præceptoribus eſſem
Obſequÿ gratus ſedulitate mei.
At mihi cùm fixæ veniſſet terminus horæ,
Corripuit pectus febris anhela meum.

Quæ teneri fragileis cùm corporis vreret artus,
Vix daret vt tenueis arida lingua ſonos;
Hāc animam, largo partā tibi ſanguinis amne,
In gremium, dixi, ſuſcipe Chriſte tuum.
Sic placida in Domino compoſtus pace quieui,
Hic gelidi linquens corporis exuuias.
Iam mea defuncti recubant hoc oſſa ſepulcro,
Viuit in æthereaſpiritus arce poli,
Exſpectans, dūm ſecum corpore iungat eodem,
Dextera quæ ſummi fecit vtrumque Dei.

Obiit Eitelbergæ, 12. Kalend. Quinctil. anno 1585. ibid. facieb. 14 Kalend. Quinctil. anno 1586.

EPITAPHIVM SCRIPTVM MEMORIÆ ET HONORI IVVENIS virtute & doctrina præſtantiſſimi, & Poetæ egregij, EILARDI ab ALMA, FRISII, amici mihi cariſſimi & familiariſſimi, piè in Chriſto, ſed nimis maturè, defuncti Eitelbergæ, Kalend Octobrib. anni 1586. ætatis ſuæ 22.

Conditur hoc tumulo, primis exſtinctus in annis
EILARDVS Friſij ſpeſq; decusq; ſoli.
Scilicet, hoc viuo meruiſſet patria, quidquid
Cum Latio vera Gracia laudis habet.

Si iu-